



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**IN PRIMVM MV=||SCVLI ANTICHOCHLAEVM || Replica brevis  
Iohannis Cochläei, pro Sacerdotij & || Sacrificij nouæ legis  
assertione.|| IN EPILOGO ADIECTA || est brevis responsio  
in Antibolen Bullingeri.|| ...**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadt, 1545**


**VD16 C 4331**

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10167348-1**



Th. 1170.





IN PRIMVM MV  
SVLI ANTICHLAEVM

Replica breuis Iohannis Cochläi, pro Sacerdotij &  
Sacrificij nouæ legis assertione.

IN EPILOGO ADIECTA

est breuis responsio in Antibolen Bullingeri.

ADDITIONA EST APPEN.

dix gemina in librum Buceri, quem in Bart.

Latomum ædedit;

2. Timo. 3.

Semper discentes & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemad-  
modum autem Iannes & Mambres resisterunt Moysi, ita & hi res-  
sistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem  
sed ultra non proficient.

Psalm. 118.

Multiplicata est super me iniquitas superborum.

Esa. 16. Et Hier. 28.

Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde. Super-  
bia eius & arrogantia eius & indignatio  
eius plus quam fortitudo eius.

Grego. Moral. lib. 24. c. 25.

Aliena semper est à ueritate superbia.

M. D. XLV.

# ARGVMENTVM HVIVS

Libelli per XII. Capitula.

- I. Denuncupatoria Musculi Epistola ad Frechtum.
- II. De præfatione Musculi & de eius criminibus.
- III. De discordia inter Lutheranos & Zuinglianos.
- IIII. De urbe Roma, à Hieronymo laudata.
- V. De Altaribus in Ecclesijs Christi.
- VI. De sacerdotio quodam cunctis Christianis cõmuni.
- VII. De Speciali nouæ legis sacerdotio.
- VIII. De Fide & sede Petri Apostoli.
- IX. De Hæreticis quinam sint.
- X. Non omnia, quæ credere & seruare debemus, in sacris literis expressa esse.
- XI. Non omnes fidei Christianos articulos in sacris literis expressos esse.
- XII. De Trinitate Personarum in una æternæ Deitatis essentia.

# REVERENDO

IN CHRISTO PATRI AC

Domino D. Melchiori sacri Theologiæ Doctore & Reuerendissimi Domini Episcopi Constantiensis in Pontificalibus Vicario. Et suffraganeo,  
Domino suo Gratioso.

S. P. D.



REVERENDE in Christo Pater ac Gratiosè domine, Transierunt iam XXI. anni, ex quo Reuerendâ. Do. tuam uidi Ratisponæ, in multorum Principum & Oratorum confessu. Agebas enim uices ibi Reuerendiss. domini HVGONIS, felicitis memoriæ Episcopi tunc Constantiensis, cuius eras in Pontificalibus uicarius, & in sanctæ & auitæ religionis nostræ negocijs Orator et Legatus, Vbi me gratioso complexu & faceto ioco excipiebas, quod in scriptis uisus tibi fueram acer & animosus, uelut Gigas quidam, cum essem corpore tam macer & paruulus. Interea per uarios casus diuersasq; profectioes & transmigrations meas, non licuit mihi neque tuo conspectu, neque ullo literarum commercio tecum frui, usq; ad hunc annum domini M. D. XLV. quâdo proprium misi nuper nuncium uersus Lucernam & Tigurum, cui ad tuam quoq; R. D. literas dedi, & per eundem à Reuerenda Dignitate tua uicissim literas heri multo cum desyderio & gaudio recepi. Non enim nudæ ac solitariæ erant istæ tuæ literæ, sed adiuncta sibi habebant duo scripta quædam Teuthonica, iam pridem euulgata. In quibus sane sunt adeo & eruditæ probationes, tum de uenerabilis Eucharistie dispensatione, tum de sacrosancti sacrificij altaris & sacrarum imaginum antiquitate ac usu, & piæ prorsusque paternæ admonitiones, tum supradicti Hugonis Episcopi, tum Reuerendæ Dignitatis tuæ ad populos uestre dioceseos, noiatim uero ad Turicenses. (quos noui Euangelistæ nunc Tigurinos uocant) ut quântum uobis congratu

A 2 lor



Ezech. 33.

lor, quod Domini per Ezechielem prophetam monita recte confy-  
derastis ac pie sequuti estis, tantū cōdoleo seductis illis populis, qui  
sp̄era pastoris uoce, prurientes dederunt aures nouis concionatori-  
bus, qui non per ostiū sed aliunde intrauerunt in ouile, ut gregē dō-  
mini dispergerēt per schismata, & p̄ h̄ereses, antea frequenter legitimi  
me damnatas, Satanæ traderent maſtarētq; & in perpetuū perder-  
rent. Vos quidē uestras saluastis animas, tanq; speculatores fideles,  
qui cū uideretis gladiū hereticæ prauitatis uenientem super terram,  
buccina cecinistis & populis uestris annuſtaſtis. At multi ex ijs  
sonitū quidē buccinæ uestrę audierunt, at non obseruarunt, sed con-  
tumaciter ac superbe contempserunt. Ideo cōdemnat eos iusta Dei  
per pphetā sententia quod sanguis eorū erit super capita ipsorum;  
& non requiretur in die iudicij de manu uestra. Ego itaq; uicissim  
mitto R. Pietati tuæ nouum libellum, Ex quo intelligas, quonam  
ego sim adhuc animo in Pseudopphetas & Cæneuangelistas (ut  
appellat eos Gulielmus Postellus in Gallia, uir summæ eruditionis  
& linguarum peritiæ) qui Ordinarios locorū Episcopos antiqua  
Iurisdictione spoliant, & Episcopalia sibi ipsi arrogāt usurpantq;  
& inuadunt munia. Quemadmodū faciunt in Diocesi uestra, Blas-  
rerus Constantiæ, Bullingerus Tiguri, Frechtus Vlmæ, Quorum  
impietatis & iniuſtitie conſimiles focij sunt, Musculus Auguſtę, &  
Bucerus Argentię. Quantumuis autem glorientur in malicia et  
iniquitate ſua, me tamen minime ab antiquo proposito deterrent,  
neq; animum frangunt aut adimunt, immo quanto magis aduer-  
sus nos ſuperbiunt & inſurgunt, tanto plus creſcit mihi animus, dū  
uideo, quam inualida ſunt eorum hugamenta, quibus h̄ereses ſuas  
defendere parant. Det illis Deus oculos, ut uideant quouſq; a Sata-  
na ſint ſeducti ac circumuenti & e porta ſalutis abducti, Bene uas

leat R. D. tua Præſul Pientiffime. Ex Eystadio XII.  
Kalendas Martij. Anno ſalutis.  
M. D. XLV.

R. D. T

Deditiff.

Ioannes Cochlæus Cano-  
nicus Vratiſlauenſis &c.

tot A

## PRAEFATIO IOHANNIS

Cochlæi in Anticochlæum Vuolffgangi Musculi.

SI non alius Muscule fructus ex meo contra te libello nascitur, quàm unus ille, quod ex tua responsione (quam Anticochlæum primum inscribis) intelligent apud Exteras Catholicæ Ecclesiæ nationes cordati lectores, quàm uana sit tua uerbofinitas, ad rem non faciens, sed superbe in mei contemptum ludens arte sophistica, & Rhetoricæ dolis genuinos sacrae scripturae sensus peruertens: non poenitet me usque quaque neque temporis neque laboris, in eum libellum impensum

Quid enim digne aut solide respondisti ad tot de sacerdotio & de sacrificio nouæ legis testimonia, quæ ego ex omnifere probationum genere, ex Canonicis scripturis, ex antiquissimis patribus, ex legibus, ex Concilijs, ex historijs, ex totius denique Ecclesiæ longissima consuetudine usuque perpetuo & præscriptione irrefragabili aduersus sermones tuos produxi in medium: Non credo equidem, cordato lectori mox satisfactum esse, si dicas, (ut soles) me delirum, indoctum, mendacem, calumnijs, & conuicijs omnia agere, & nomen meum iam olim bonis omnibus inuisum & ridiculum esse. Hæc enim ad rem non faciunt, neque probationes meas euacuant aut confutant, Neque tu per te ipsum tantæ es authoritatis, ut nudis uerbis tuis, contra tot ac tanta publici iuris & perspectæ ueritatis testimonia, secure quisque credere possit aut iure debeat. Habet libellus in te meus sex tantum Capitula, Tu ad Triâ dumtaxat ex ijs respondens, XIII. Quaterniones minutis Typographi characteribus uerbosissima prolixitate replesti, quos

Ad rem non respōdit Musculus.

Verbofinitas Musculi.

Præfatio Io. Cochläi

Probra in  
laudem uer-  
tuntur.

Gal. 1.

Verba Co-  
chlæi con-  
tra abusus.

Argumenta  
sectarū sunt  
uicia Cleri.

profecto ne semel quidem absque tædio aut molestia perse-  
gere potui, Dolet enim mihi multo magis, de temporis ia-  
ctura quàm de iniurijs quas irrogas mihi, Quispe tua &  
complicum tuorum in me probra & conuicia laudi mihi  
potius & honori sunt apud Ecclesiæ filios quàm dedecos-  
ri, Si enim uobis placerem, Ecclesiæ filius non essem, cui-  
us uos desertores estis propria impietate facti & hostes,  
Quemadmodum ait Apostolus, si adhuc hominibus pla-  
cerem, Christi seruus non essem. Non est igitur, ut expe-  
ctes à me longam de criminationibus tuis purgationem,  
Qui enim me probe noscunt, tuis in me calumnijs non cre-  
dunt, Sciunt enim me neque Romanæ (ut ais) Simonie  
mancipium, neque scortationum patronum esse, neque  
abusuum defensorem, A quibus sane impropertis poterit  
me uel una ad Bullingerum tuum præfatio mea asserere.

Vbi sic dixi. Si solos reprehenderes abusus, qui Præla-  
torum negligentia, uergente in senium Mundo, irrepse-  
runt, uitamque dumtaxat scandalosam & prauos mores  
plurimorum ex Clero, qui suo in Ecclesia non recte fun-  
guntur officio, palam argueres aut quantumuis acriter in-  
sectareris, non solum tacitus comprobarem, uerum etiam  
publice collaudare non uererer.

Scio quidem Muscule, uos Ecclesiasticorum oppugna-  
tores non habere fortiora apud Laicos contra Clerum ar-  
gumenta & argumenta, quàm nota multorum ex Clero scan-  
dala, luxum, sæcularia desyderia, ignauiamque & negli-  
gentiam tum circa literarum studium, tum circa cultum  
diuinum, At probare nunquàm poteris, me talia laudasse  
se aut defendisse, Adeo enim displicuerunt mihi semper,  
ut uel in proxime ædito ad Episcopum Sempronensem  
De sine Mundi libello scripserim, summe necessariam esse  
Res

Reformationem, quia tanta sit morum dissolutio, ut possit nunc quoque Dominus in ira iusta aduersum nos dicere, *Gen. 6.* Omnis caro corruptit uiam suam super terram. Per hæc tamen uitia nostra neque excusantur, grauiora flagicia uestra, uotifragia, incaestuosa coniugia, sacrilegia & innumeræ hæreses & blasphemias, neque poterunt per nostra peccata iustificari Laicorum, quos seducitis, odia, detractiones, criminationes & despectiones contra Clerum generaliter, & impiæ discessiones à sede Apostolica, & damnablem contra Catholicam Ecclesiam schismata.

Optarim igitur, ut uos quoque una nobiscum in Generale iam indictum Concilium proficiscamini Tridentinum, ac fideliter in commune consulatis, quomodo possint Dei auxilio salubriter & omnes dissensiones dogmatum componi, & omnes abusus ac deprauationes corrigi, totaque Ecclesia in pristina pietatis usum ac statum reduci. Nisi enim generalem nobiscum inieritis in Oecumenica Synodo concordiam, ueniet super uos omnis sanguis Germanorum, qui toto huius dissidij tempore effusus est, ac deinceps effundetur turbatæ per uos religionis occasione.

Certum est enim uestra inter uosmetipsos dissidia diuersas sectas tolli aut extirpari non posse, nisi uos nobiscum submittatis humiliter cognitioni & iudicio Generalis Concilij, ubi uobis & nobis uno communi omnium Catholicæ Ecclesiæ Nationum decreto dicatur, Visum est spiritui sancto & nobis &c. Vix enim abiit adhuc mensis unus, posteaquam publice scripsit Andreas Osiander, non postremus Luthe. doctrinæ assertor ac emulator, se maximas Deo habere gratias, quod ideo dictus sit à quodam Zuingliano nebulone ( ut ait ) pseudopropheta, quod de Baptismate, de clauibus

Concordia  
in Concilio  
quærenda.

Discordia se  
ctarum in-  
componibilis  
nisi per  
Concilium.  
Act. 15.

uibus

Præfatio Io. Cochlæi

Proditores  
Germaniæ.  
Matth. 18.

uibus Ecclesiæ, & de Eucharistia cum Zuinglianis non sentit. Nisi igitur conueneritis nobiscum ad Generale Concilium, totamque diffidorum causam spiritui sancto & ipsi Christo Deo & Domino nostro (qui illic in medio eorum, qui in ipsius nomine congregabuntur, fore credendus est) pie ac deuote submiseritis, tanto grauius erit uestrum in Germaniam uniuersam peccatum, quàm Hussitarum in Bohemiam fuit, quanto latior ac maior est Germania quàm Bohemia, ut non immerito haberi debeatis pro teterrimis ac sceleratissimis Patriæ proditoribus, qui unquàm sub sole fuerunt, Notum enim erit omnibus Christianis, uos non propter fidem & ueritatem, sed propter uanam gloriam & utilitatem propriam, uestra manutenere ac propagare schismata, in maximam totius patriæ nostræ apud exterarum Nationum infamiam, & in sempiternam dissidentium in fide populorum confusionem, Vnde nihil certius quàm iugum Turcicæ seruitutis, & æterna animarum per schismata damnatio subsequatur. Hæreticorum quippe superbia ascendit semper. Lutherani enim qui in hoc diuisionis impiæ scelere primi sunt, nunquàm consentient in omnibus parti Zuinglianorum, nec hi Anabaptistis, neque isti nouis & nuper enatis Sadduceis, qui nec angelos nec Dæmones neque infernū neque resurrectionē carnis credunt, Erit itaque perpetua apud Germanos sectarum inter sese dissidentium diuio, unde sequatur illud uerbum Domini. Omne regnum in se diuisum desolabitur, Nisi uos docti & eloquentes sectarum Duces, pro communi patriæ utilitate & animarum salute, submittatis uos nobiscum Generalis Concilij Iudiciarię cognitioni & finali decreto.

Babylonica  
Sectarum  
confusio.

DE

DE NVNCV PATORIA

Musculi Epistola Cap. I.



Voniam uero pugnae uerborum & quaes-  
tiones legis ad nihil utiles sunt ( ut ait A-  
postolus ) nisi ad subuersionem adientium  
non libet mihi Muscule tecum prolixerō  
tendere super inani uerbofite tua ( quae  
ad rem , de qua contendimus , nihil facit )

1. Timo. 7.  
& 6.

Sed ea duntaxat, quae nonnihil habent momenti, breuiter  
attingere intendo. Primum igitur æquum uideri non puto  
lectori cordato, quod legitime ordinatis Episcopis nostris  
q̄ etiā sacri Romani Imperij Principes dicunt & sunt, adis-  
mis antiquos titulos, & interim Antistitem Vlmensis Ec-  
clesiæ uocas complicem tuum Martinum Frechtum, quem  
Vuormaciæ uidi in colloquio bene uentricosum. Nam u-  
trunq; facis iniuste, Nemo enim tibi ius aut potestatem  
dedit mutandi iura publica, Neq; per ullam legem ti-  
bi licet Vlmensi Ecclesiæ nouum instituere Antistitem,  
eamque per hoc, loci ordinario Episcopo Constantiensi  
subtrahere, & ab eius Iurisdictione antiqua illam exime-  
re. Ego tales à uobis intrusos aut seipsos intrudentes Episco-  
pos reprobauī aduersum te ex Epiphaniō, qui scribit quos-  
dam pro hæreticis habitos esse, quod munus sacerdotale &  
ea quæ Episcoporum sunt, absq; legitima ordinatione usur-  
pare ausi fuerint, licet inter Christianos sanctissime uixis-  
sent. Tu quidem ad hæc respondisti, sed omnino inepte nu-  
gaciterq; contra manifestum Epiphaniij totiusq; Ecclesiæ  
sensum, Vis enim sic excusare, quod Epiphanius Euang-  
lij prædicationem sacrificium, & prædicatorem sacerdo-

Nouus Ec-  
clesiæ Vlmē-  
sis Antistes.

Peruersa uer-  
borum Episc-  
ophaniij expo-  
sitio.

B tem

In Nuncupatoriam Musculi Epistolam.

tem dixerit, At clara sunt illius uerba; quæ recitauit, nempe quod Zachæus quidam, audenter sancta mysteria contrescibat, & sacrificia, cum laicus esset, impudenter tractabat, Audis clare, Laicum fuisse & impudenter sacrificia tractasse. Recitauit eiusdem uerba de alijs quoque duobus, qui ea, quæ Episcoporum sunt, aggressi fuerant, ad se non pertinentia. Et paulo post recitauit rursus quædam illius uerba de sacerdote, inter quæ ultima sic habent. Nam cum qui secundas nuptias contraxit, non licet sacerdotium suscipere. Hæc tu omnia aut inepte peruertis aut astute dissimulas. Et obijcis mihi interim quandam illius epistolam contra Imagines. Sed ad eam respondi iam pridem ex septimæ synodi actis, in eo libro quem anno superiore scripsi de inuocatione sanctorum contra tuum Bullingerum, Eam lege si lubet responsionem meam, et confuta si potes.

Bb iij.

Non tristandum de defectarum conuicijs.

Quæ in Epistola tua contra me scribis, cum ad rem nihil faciant, sed tuam superbiam & mei contemptum lectori prodant, lubens prætereo, quia sicut Sancto Stephano lapides Iudæorum dulces fuisse dicuntur, ita & mihi quorumlibet Ecclesiæ hostium & rebellantium hæreticorum probra, conuiciaq; & præ mei contemptu elationes uaneque gloriations, nihil tristitiæ (Deo sit laus & gratiarum actio) inferunt, sed pro gemmis potius in bona spe habeo, quæ decorare debeant in die Domini coronam mei in hac uita certaminis.

Sceleratum uerbum contra concordiam.

Quod autem dicis, uobis non licere, sine proditione ueritatis in concordiam cum aduersarijs redire, Sceleratum profecto est mendacium, & fraudulentus nequitiæ & impietatis uestre prætextus, Vt sub hoc eumentitæ ficus folio & malis

& maliciæ uelamento conferuetis auctoritatem uestram propriam commodi utilitatem & opes in schismate apud seductos à uobis populos. Certe non dixistis ueritatem esse proditam, quando eratis nobiscum unanimes in domo Dei, Nec id dicere poteratis, quia domum Dedit Apostolus columnam & basim ueritatis.

Non proditur igitur in ea ueritas, sed fulcitur & firmatur potius sicut à columna & basi. Possetis utiq; saluberrime, absq; ullo ueritatis periculo, nobiscum in concordiam redire, nisi terrena et transitoria plus amaretis quàm cœlestia et eterna. Incubatis ergo seductis populis, quorum opes deglubitis, & uoluptatibus fruimini presentibus quasi post mortem nulla sit futura uoluptas, Eos autem perniciosissime huius stuticię reprehendit Paulus Apostolus, dicēs. Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit.

1. Timo. 5.  
Non proditur ueritas per concordiam.

2. Cor. 11.

Recte quidem dicis Musculi, ueritatem Christi non esse diuisam ab Ecclesia, sed mox calumniaris in Catholicam Ecclesiam, quasi præualeat in ea non ueritatis sed consuetudinis & humanarum traditionum auctoritas, Nisi enim in ea præualeret ueritatis auctoritas, non recte diceretur columna & basim ueritatis, Consuetudines autem & traditiones, quas tenet Ecclesia, non sunt contra ueritatem, neque contra sacram scripturam, sicut uos calumniose dicitis, sed ei per omnia consonant, quia non aliunde quam à spiritu ueritatis receptæ sunt. Iuxta illud Apostoli. Et si quid aliter sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Contra impias autem præsumptiones uestras, quibus cōsuetudines & traditiones Ecclesie temere ac inordinate abrogatis, ait ad Corinthios

Veritas in Ecclesia retinetur.

Phil. 3.

Inordinate præsumptiones.



In Nuncupatoriam Musculi Epistolam.

1. Cor. 17.  
2. Theff. 7.

idem Apostolus, si quis contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei, Et ad Theffalonicenses. Denunciamus (inquit) uobis fratres in nomine Domini nostri Ihesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis.

Quærenda  
est ueritas in  
Ecclesia.

Calumniosa igitur atque etiã inepta est ista tua quæstio, dum ais, Quare non quæritur Ecclesia in Christo, in ueritate, in scripturis? Quasi uero extra Christum quæramus nos Ecclesiam, Quod ne somniauimus quidem unquam, Aut quasi non omnes hæretici arrogent sibi Christum & ueritatem & scripturas atque etiam Ecclesie nomen. Qui uult ergo uere Catholicus esse, ueritatem quærit in Ecclesia potius quam Ecclesiam in ueritate. Nam ab Ecclesia, quæ est basis ueritatis, debet addiscere ueritatem & non ex seipso de ueritate præsumere, sicut faciunt hæretici, qui sapiunt superbe plus quam oportet. Reuera igitur non sunt in Christo, qui non sunt in Ecclesia, Nam & tu ipse fateris, oportet

Non Ecclesia, sed schismatica turba uere misera est.

re nos in capite & corpore uere coniungi. Impie autem dicis Ecclesiam Christi omnium miserissimam, cum non possit misera esse quæ Christum, ueræ foelicitatis authorem, semper secum habet, usque ad consummationem sæculi, & spiritum sanctum paracletum, qui cum ea manet in æternum. Non igitur Catholica Christi Ecclesia, sed tua Muscule discors turba & schismatica Ecclesia, uere misera est & seducta, quæ ad portum pacis & foelicitatis nunquam perueniet, nisi reuertatur ad matrem, à qua per uos seducta infeliciter exiuit.

Cæterum tuum de meo scripto iudicium cordatus lector magni

magni facere non potest, tum quia aduersarius es, ideo iudex in propria causa esse non debes: tum quia uariat tua de illo sententia. Nam circa principium Epistolę dicis, nihil aliud optandũ esse quam ut libellus meus passim in omnibus Bibliopolarum officinis prostet ac saltem inspiciatur. In fine autem ais utilissimum fore, ut Cochleana fascinatio & Magia (sic enim uocas, pro tua in me modestia) quam longissime propulsetur, Vocas item illud ociosi ac garruli hominis nugas, Voca ut lubet, prudens lector, qui utrumq; scriptum tuum meumq; uiderit, facile discernet, uter nostrum sit garrulior.

Quale Musculi iudicium

Quod si & alia uiderit, quę hic ædidi, facile considerabit, me non usq; adeo esse ociosum, si reputet secum, me ut sacerdotem Catholicum per Dei gratiam debere non solum legere et scribere, sed etiam orare, sacrificare, Canonicas persolvere horas quotidie, et reliquum functionis meę pensum præstare. Quorum nihil faciunt Euangelistę noui, qui totam foelicitatem suam constituunt in scientia, quę inflat, et in laude sermonis, quo plebis animos in Papę & totius Cleri odium plurimis cum peccatis concitant, & in schismate confirmant. Hęc ad epistolam dicta sint.

Ociosi.

## DE PRÆFATIONE MV.

sculi & de eius Criminibus. Cap. II.

Quæ in zelum meum iudis, ad rem non faciunt, Ideo responsione non egent. Quod autē diuersos religionum ordines non minus sectas uis dici quàm dicuntur a nobis sectę Lutheri & Zuinglij, longe aberras Muscule, Ordines enim illi publice sunt approbati per totā Ecclesiā,

Differentia inter sectas & religiosos r̄ ordines.

B 3 sectę

In Musculi Præfationem.

sectæ autem tuorum à Catholicis ubiq; sunt damnatæ, Ordines Monasticorum non discrepant ab inuicem in ijs quæ fidei sunt, Vestræ autem sectæ de maximis quoq; fidei nostræ rebus, non à nobis solum sed etiam à se inuicem dissentiant, Quemadmodum supra ex Osiandri uerbis de Baptismo, de Clauibus, & de Eucharistia obiter memorauimus, & contentiosi libri utriusq; partis in publicum iam pridem euulgati per sese manifestant. Nō igitur ex nostra improbitate ( ut ais tu ) sed ex uestris dissensionibus & ex doctrinæ diuersitate factū est, ut alij Lutherani, alij Zuingliani dicantur, Osiander. n. non de nostris est, nihilominus edidit nuper libellū contra mendaciā ( ut ait ) Zuingliani cuiusdā nebulonis.

Fœde seducuntur à sectis Principes & Magistratus.

Recte igitur dixi, Principes & Magistratus Smalcaldiæ ni fœderis nequissima uerborum collusionē à uobis illudiac decipi, quia reuera concordēs inter uos non estis neq; in doctrina neq; in ritibus Ecclesiarum, Non potestis igitur in unum fœdus aut unius sectæ corpus stabili coire aut adunari consensu, sicut unus est in fide & religione consensus omnium sub Papa Ordinum ac Nationum, quæcumq; p Catholicis per tot iam sæcula habentur. An uero non seducitis Principes & Magistratus uestros turpissime, dum eis persuadetis, certum esse, q; schisma uestrum Deo placeat: Responde ergo ad ea, quæ nuper contra eam absurditatē uobis obieci in consyderatione mea de concordia tractatu, quā egregius uis haberi Responsor, Non dixi uos ob hanc uenam aut potissimam causam Principum aut Laicorum seductores, q; eorum potestati & gladio subiecit Monachos & sacerdotes, sed ob alias quoq; causas & plures & lōge maiores, dum eos ex Ecclesiæ unitate in schismata & in hereses impias ac iam olim damnatas abducitis. Merito quidem patimur tribulationes istas propter peccata nostra, sed non iustificata.

stificabuntur ( ut supra quoque dixi ) per peccata nostra hæ-  
 reses & sacrilegia uestra, Nō erant olim quoque a peccatis im-  
 munes Episcopi illi, qui accusationis libellos contra se in-  
 uicem porrigebant Imperatori Constantino magno, in Cō-  
 cilio Niceno, Nunquid uero ille propterea mox eos suo su-  
 biccit gladio, aut eorum Iurisdictionem inuasit, aut pote-  
 statē iudicandi eos usurpauit sibi; Nunquid census & præ-  
 dia eorum rapuit sibi aut fisco suo; Nihil horum fecit, sed in-  
 cendio datis accusationum libellis, palam dixit, sibi non esse  
 fas aut potestatem iudicandi Episcopos. Recitantur hæc  
 eius gesta non solum in libro Decretorum, sed etiam in hi-  
 storijs antiquis, in Ecclesiastica & in Tripartita, atque etiam  
 in historia Theoderiti, quam ē Græco transtulit Ioa-  
 chimus Camerarius, uester magis quam noster, ut nulla ti-  
 bi sit respuendi causa, quasi a nostris ea sint conficta,  
 Quæ si legeris, inuenies ibi, quàm immania & Barba-  
 rica sint tua tuique similibus in sacerdotalem ordinem  
 scelera. Quibus & odiosam superaddis calumniam de  
 bonis Ecclesiarum quasi regias ( ut ais ) opes acceperi-  
 mus fraude & imposturis à Principibus. Sed notum  
 est iam orbi, quàm nequam sit oculus uester, quo inten-  
 ditis ad rapienda & reliqua Ecclesiarum bona, quæ cum  
 que sacrilegijs uestris adhuc supersunt, Audiui certe ali-  
 quando ex ore pij & Catholici Principis, Ducis Saxo-  
 niæ G E O R G I I, foeliciter in Christo defuncti, Sæ-  
 culares Principes non possidere tam certis iustisq; & anti-  
 quis titulis bona sua, sicut possident sua Ecclesiastici, Hi-  
 namque ex pijs Principum foundationibus & uoluntarijs do-  
 nationibus sua habēt, illi autē longe alijs rationibus. Sed ne-  
 quim p hæc iniustas dicere possessiones, quas sæculares habēt,  
 pter eas, quas p scelerata incitamenta uestra cōtra omne ius  
 & fas

Exemplum  
 Constantini  
 Magni,  
 X l. quæst. 1.  
 c. Sacerdoti-  
 bus XII. q.  
 1. c. futuram.  
 Histo. Eccle.  
 lib. 10. c. 2.  
 Histo. Tri-  
 parti. lib. 2. c.  
 2.  
 Histo. Theo-  
 de. lib. 1. c. 11.  
 Oculus nes-  
 quam ad sac-  
 crilegia respi-  
 ciens.

In Musculi Præfationem.

& fas ab Ecclesijs & Monasterijs ui & sacrilego ausu rapuerunt, fuerūt quidem & ante conciones uestras peccata multa in Clero, sed non sunt propter Cleri peccata tā impia usquam in Germania à sæcularibus perpetrata sacrilegia, Vestrum est igitur hoc scelus. Cæterum de uestra defectione & inobedientia erga utramq; potestatem non opus est longa disceptatione, satis enim & Deo & hominibus nota est. Protestatus sum sæpe, rem mihi esse non cum Principibus & Magistratibus, sed uobiscum, contra quos mihi de doctrina & fide Ecclesiæ certamen est. Audi igitur nunc apertior sententiam meam, quàm tamen superiorum iudicio & correctioni semper subiectam esse uolo.

Musculi Crimina. Dico sanete non solum impium et hæreticum infamèq; Apostatam, et castrorum Ecclesię desertorē ac transfugam, incestuosumq; maritū, uerum etiam criminis lesæ Maiestatis & perduellionis reum. Quia contra uoluntatem Cæsaris Maiestatis & contra publicum eius Edictum, atq; etiam contra plerosq; Recessus Imperiales, prædicas damnatas hæreses, & obædientes antea deuotosq; Cæsaris Imperio populos mandatis ac Edictis eius contumaces atq; rebelles facis, & ad periculosam diuisionem, quæ per hæreses uestras in sacrum. Ro. Imperiū irrepit, scelerato studio cooperatus es, populumq; Augustensem piū olim & pacificum Clericis que obseruantem, concitasti ad expellendum Clerum Catholicum è domibus proprijs. At dicis, Oportet Deo magis obædire quàm hominibus. Quid audio?

Falsa excusatio. Nunquid Deo non obædit qui obædit Cæsari nostro, Principi Christiano & in fide Catholico? At non ignoras illud Apostoli, Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, Tu autem resistis potestati, quia eius Edicta & mandata pertinaciter contemnis atq; transgredieris, Igitur & Dei ordina-

Ro. 13.

ordinationi resistis, et per hoc certam & æternam damnationem tibi acquiris. Vane igitur obijcis nobis hic illud uerbum Apostolorum. Oportet Deo magis obedire quam hominibus, Hoc enim uerbum usque adeo te non releuat aut excusat a crimine perduellionis, ut bis potius reum te faciat, Reus es ras antea in facto, nunc et in uerbis reum te facis, quia per hec uerba Cæsare nostrum impium et Deo contrarium facis, quasi non possis obedire deo, si obediress Cæsari, Quomodo potes igitur non ledere illius Maiestatem, quem uelut impium et deo, eiusque Euangelio resistentem habendum existimas. Neque item excusat te dictum illud Christi, Date Cæsari quæ sunt Cæsaris & c. Cæsaris enim sunt leges Impiales, at illæ prohibent hæreses semel damnatas iterum in questionem reuocare, Tu contra eas manifeste agis tot iam annis. Non das igitur Cæsari quæ sunt Cæsaris.

Act. 5.

C. de summa Trin. L. Nemo. Et de hæreticis per totum.

Hæc in te dico Muscule, non odij aut iræ affectu percitus, non conuiciandi libidine motus, neque uindictæ appetitu concitatus, sed iustæ ac piæ rationis consyderatione mature admonitus & inductus, Eo nimirum respectu, ut reliqui populi, quos in hæresis tuæ nassam pertrahere satagis, rectius consyderent quid sibi in religionis negotio sit agendum. Quantum ad tuam personam attinet mallem utique te in Ecclesia fratrem habere et amicum, quam ullo de crimine te accusare, quia si non esses a Satana per philautiam subuersus et in malo pertinaciter obstinatus, multum inter fratres in Ecclesiæ unitate per Dei gratiam ædificare posses, Quoniam uero uicinis quibusdam populis à te periculum imminere dicitur, per hæc, quæ tibi nunc obijcio, crimina, eos fideliter admonere cupio, ut mature consyderent, quid nam Deo & hominibus honeste respondere

Cur tot criminum reus agitur Musculus.

C queant

In Nuncupatoriam Musculi Epistolam.

queant, si talem tam infamē & criminofum Apoftatam et  
lupum sua sponte receperint, ut pium ac simplicem gregem  
Domini ex Ecclesiæ Vnitate in damnabile & tot iam seculis  
in Vualdensibus & Vuiclephitis prædamnatum, schif-  
ma hæresimq; pertrahat. Si putas tibi à me iniuriam aut cas-  
lumniam fieri, ecce leges sunt & iudicia publica, uoca me in  
iūs, nisi de ijs omnibus te conuicero criminibus quæ supra  
tibi obieci, pœnam talionis subire non recusabo. Nouit cor  
meum Deus qua id ratione faciam, An putas me ita demen-  
tem, ut temere & absq; causa uelim in me concitare tot do-  
ctorū ac disertorum hominum stylos & odia, totque Ger-  
manicę populorum, qui seducti sunt, iras minasque & peris-  
cula? Non sum ita demens petulanusue aut procax quietis-  
que inimicus, Muscule, Lex Dei urget me, quę ait in Deu-  
teronomio, Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius ma-  
tris tuę, aut filius tuus &c. non acquiescas ei, nec audias, nec  
que parcat ei oculus tuus, ut miserearis & occultes eum. A-  
gitur inter nos de extremo tot Milium animarum periculo,  
quod procul dubio longissime preponderat omnibus cor-  
porum terrestriumq; bonorum periculis, Non licet igitur  
mibi per conscientiam ad omnia conuiuere, dissimulare, ta-  
cere & quiescere, Quemadmodum & in Osiandrum nus-  
per dixi. Si enim inhumanum est & contra proximi cha-  
ritatem inofficiosum, periclitanti corporaliter in aqua aut  
igne non accurrere & pro uiribus opem ferre, Quanto in-  
humanius est & magis inofficiosum, nihil curare nec oc-  
currere, ubi periclitantur tot milia animarum, quæ non  
temporaliter, ut corpora, sed eternaliter periturę sunt, si ex  
Ecclesię gremio in quamcumque hæresim pertractę fue-  
rint?

Si qua ciuitas Imperialis, inscio & inuito Imperatore,  
desit

Cur tot o-  
dia in se con-  
citat Coch-  
læus.

Deut. 17.

deficeret sua sponte ad Venetos aut ad Regem Franciæ, Quam gra-  
 Quis non improbaret eius factum? At centuplo grauius uecrimen  
 peccatum esse crediderim, in fide & religione deficere pro est, ad ullam  
 propria sponte ab Imperatore Catholico ad Lutheranos aut sectam defis-  
 Zuinglianos, quos ipse Imperator publico Edicto & Im- cere.  
 periali Recessu solenniter damnauit. Nequaquæ enim ita  
 damnauit Venetos aut Regem Franciæ, Leuius igitur foret  
 peccatum, ad Venetos, aut ad Gallos, quæ ad Lutheranos,  
 aut ad Zuinglianos, ab Imperatore in fide & religione defis-  
 cere, quanto uilius & minoris momenti est corpus quæ ani-  
 ma. Quod si adhuc apertius dicendum sit, arbitror equis  
 dem grauius non esse peccatum, deficere ad Turcas, Tartaros  
 aut Sarracenos quæ ad Lutheranos, Zuinglianos aut Ana-  
 baptistas. Sub Turcis enim licet habere altaria, celebrare  
 missas, inuocare sanctos, honorare imagines, ordinare sacer-  
 dotes, confirmare baptizatos, inungere infirmos, facere mis-  
 sas pro defunctis, & id genus plura, quæ Constantinopoli  
 & in Græcia passim sub Turcarum Imperio à Christianis  
 fiunt. Athorum nihil retinere aut obseruare permittitur in,  
 & sub impijs & perfidis sectis prædictis. Quare Turcis mul-  
 to remissius erit in die Iudicij quam illis, Non enim impie  
 prætendunt sacrosanctum nomen Christi & Euangelij  
 suis erroribus & impietatibus Turcæ, sicut faciunt istæ Ses-  
 ctæ, Quemadmodum Lutherus ipse de hoc impio prætex-  
 tu acerbissime repræhendit ac damnauit iam olim seditio-  
 sos rusticos. Nec poterit perfidiæ crimen tam iuste obij-  
 ci Turcis, sicut his sectis. Turcæ enim in catholica Eccle-  
 sia nunquæ Christo nomē dederunt, nec in nomine Trinitatis  
 baptizati sunt in Ecclesia, sicut contigit nouarū sectarum  
 ducibus. O rem graue & acerbam ac maxime horrendā, si  
 quis recte oīa hæc consyderet, Quid poterūt obsecro hone-  
 stæ res

Turcis peio-  
res sunt Ses-  
ctæ.

Turcæ mi-  
nus perfidi-  
quæ Zuinglia-  
ni.



In Musculi Præfationem.

Noua defec-  
tio per Mu-  
sculum.

Deficere à re-  
ligione gra-  
uius est quã  
ab Imperio.

2. Pet. 2.

Osiander in  
Zuinglianũ  
nebulonem.

ste respondere uel Deo uel Cæsari nostro hi, qui ultro accer-  
cerunt te, Muscule, uirum tot criminibus & impietatibus  
infamem & per te ab obedientia tum Papæ et Ecclesiæ, tum  
Cæsaris & Imperij perfide deficiunt: Fuerunt Miores eorũ  
tantæ honestatis, ut te aut tui similem personam infamem,  
quæ secundum omnia iura probrosa & nullo honore digna  
censetur, ne ad mechanica quidem artificia recepissent.

Hec tu excusas, quasi leue sit peccatum, circa religionem ab  
Imperatore, cui præstita et iurata fide publice obstrictus sis,  
deficere, modo circa terrenas Imperij res obedientiam præ-  
stes, sicut noui nũc Sadducæi, corpora tantum peccare dis-  
cunt, non animas. Quis uero nõ clamaret, in eos uindicã-  
dum esse igne aut gladio, qui in terrenis Imperatori nostro  
præstantes obedientiam, in religione ad Turcas aut ad Iu-  
dæos deficerent: At iam supra dixi, remissius fore in die Iu-  
dicij Turcis & Iudæis quam istis sectis, quæ Christi & Euã-  
gelij sacra nomina impie prætexunt & usurpant ad perpe-  
tranda sacrilegia & alia impietatis facinora, Et Petrus in po-  
steriori epistola sua manifeste dicit, quod melius erat eis, nõ  
cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem retrors-  
sum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.

DE DISCORDIA INTER LVTHE-  
ranos & Zuinglianos Cap. III.

**A**Is Muscule, non uestra superstitione, sed nostra im-  
probitate fieri, quod uocamini uel Zuingliani uel Lu-  
therani. Ego autem uerius dico, id factum esse, nõ culpa no-  
stra, sed ex uestra diuersitate in doctrina & rituum obserua-  
tione, ac usu quotidiano publice. Quemadmodum testan-  
tur Lutheri ac Zuinglij contra se inuicem libri. Recens  
quoq; æditum recitauì supra testimonium Osiandri, quod  
magna adhuc permanet inter uos discordia, non solum in  
exterj

externis Ceremonijs, sicut tu dicis, sed etiam in doctrina, & quidem de præcipuis & maximis Ecclesiæ sacramentis, nempe de baptisate, de clauibus Ecclesiæ & de Eucharistia, Quis non uideat (inquit Osiander) miseros zuingianos, cum argumenta nostra, quibus genuinum sensum uerborum Christi asserimus, confutare non possint, nec sua probare, talibus mendacijs rude uulgus excantare, & mentis inopes efficere conari? Qui si uel scintillam spiritus sancti haberent, doctrinam suam tam impuris atque impudentibus mendacijs fulciendam esse non putarent. Hæc & id genus multa recens ædita uerba, non mea sed Osiandri sunt, Cum eo igitur litiga, si tibi displicent Muscule.

Quod autem ea negas, quæ ego ex Actis uestris, cum Luzthero Vuittenberge habitis, & à uobis Francfordiæ ad Morganum scriptis, renitui, magna profecto est impudètia, de qua miror equidem, quod apud tuos saltem, qui tecum Acta illa composuerunt, non erubescis. Nega ut lubet, ego actorum illorum exemplar scriptum habeo, à R. P. Augustino Mario, Suffraganeo Herbipolensi, scelicis memoriæ, ad me transmissum, Et Hagenois uidi Autographum ea de re manu Phil. Melanchthonis mihi bene nota scriptum, Qua igitur conscientia negas nunc publice, quod tot testibus actum esse constat.

Videmini igitur mihi esse socij eorum, qui apud Esaiam dicunt. Percussimus foedus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum pertransierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Vere foedus percussistis cum morte, qui tot Milia animarum per schismata uestra hæresesque iam olim damnatas, æternæ morti obnoxias & ad dictas facitis, & mendatia rhetoricæ calliditatis spem ue-

C 3 stram

Mul. acta  
propria ne  
gat.

Sectarum spes  
in mendacijs  
Esa. 28.

De Discordia inter Luth. & Zuing.

stram ponitis. Tu igitur Muscule (non ego) astutam agis ipse uulpeculam, dum discordias uestras palliando dissimulas, & falsa excusatione tantum ad externas ceremonias referri iubes.

DE VRBE ROMA A S. HIERONYMO laudata. Caput. III.

Verba Hieronymi in laudem Romæ.

Pœnitentiæ Romæ sæpe acta.

NON nego Romam typice aliquando dictam esse Babylonem, quando sub Idolatris Imperatoribus ebria erat sanguine Martyrum Christi, & idolorum uarietate confusa, Sed longe aliud nomen habuit postea sub Imperatoribus Christianis, Romanisque Põtificibus, Id quod ipsius Hieronymi (quæ calumniose opponis Romæ) uerba clare testantur, quæ tu ipse recitas. Sed ad teloquar inquit, quæ scripta in fronte blasphemiam, Christi confessione delesti, urbs potes, Vrbs Orbis domina, urbs Apostoli uoce laudata, Sunt ne hæc criminantis uerba? Subtilis uis uideri Muscule, & non uides hæc laudis potius quæ uituperij esse uerba? At dices, in sequentibus eam uituperari. Audiamus ergo sequentia. Interpretare (inquit) uocabulum tuum, Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hæbræos. Serua quod diceris, Virtus te excelsam faciat, non uoluptas humilem, An hæc uituperationis sunt uerba? totus profecto per impium in Romam odium cæcus es, si ita iudicas. Sed addis adhuc plura. Maledictionem (inquit) quæ tibi saluator in Apocalypsi comminatus est, potes effugere per pœnitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Hæc certe Hieronymi uerba nihil contra Romam faciunt. At hic protinus subiungis ac petis, ut doceam uos, quando post Hieronymi tempora maledictionem hanc per pœnitentiã Roma

Roma effugerit. Sed si oculos uidentis haberes, mox uideres in Leonis I. & Gregorij I. sermonibus & epistolis, quæ sæpe egerit post Sancti Hieronymi obitum poenitentiam Roma. Quod quæso aliud est officium Poenitentiariorum tum ad S. Petrum in Vaticano, tum ad S. Johannem in Laterano, nisi audire poenitentes, & confessione peccatorum audita, eis opera poenitentiae salubriter iniungere? Dic tu mihi uicissim Muscule, quando post obitum Hieronymi Roma unquam sine Poenitentarijs fuerit, Exceptis XL. diebus, quando in bello Iustiniani Imperatoris contra Gothos, incensa ac penitus desolata extitit. Non vituperauit igitur Romam Hieronymus, quando ad poenitentiam eam adhortatus est, Quis enim tam sanctus est, ut poenitentia non egeat? Non fuit ergo Hieronymus contra Romam, quam dixit Orbis dominam & Apostoli uoce laudatam, Nec Roma contra Hieronymum.

Quare improbus mendaxque cauillus est & impudens calumnia, ubi ais. Roma uestra quem uiuum expulit, mortuum colit, Non enim expulit eum Roma, sed ipse sua sponte Romam dimisit, ut in terra sancta, ubi steterat pedes Domini, & poenitentiam ageret pro peccatis suis, & sacram scripturam clarius intelligeret, Neque colit eum Roma, tanquam idolum aut nouum Deum aliquem, sicut calumniastis uos Hagiomastiges & pietatis nostrae erga sanctos Dei osiores & rosiores impij, sed colimus eum ut haeredem Dei & cohæredem Rom. 8. Christi, sicut docet nos Apostolus ille, cuius uoce laudata est Roma, Romanorumque fides approbata, quam in uniuerso Mundo annunciari dicebat. Quis igitur es tu Muscule, arrofor maledice, atque etiam maledicte, ut reprobes Romam, quam laudauit Apostolus, sicut ex Hieronymo tu ipse testaris? Quare nullus uestrum respondet mihi de  
impia

Calumnia  
in Romam &  
in Hiero.

Musc. contra  
Paulum

De Vrbe Roma

impia in Hieronymum calumnia Lutheri circa Homou-  
fion: Quanti autem fecerit sanctus ille fidem Ro. Ecclesie,  
eamq; totius Oriētis Ecclesijs prætulit, recitauit uobis sepe  
ex ipsius ad Damasum Papam Epistolis, Vos autem ad re-  
non respondētis, uanis calumniarum arrosionibus scurrili-  
ter occupati.

DE ALTARIBVS CHRIS-  
ti in Ecclesijs. Cap. V.

Plura Christi  
altaria Cō-  
stantinopo-  
li quàm Au-  
gustæ.

INDigne accipis, Muscule, q; dixi per tuas potissimum in-  
temperies insaniasq; plusq; Turcicas factum esse, ut hos  
die plura sint Christi altaria Constantinopoli quàm Augu-  
stæ. Dixi, fateor, sed dixi condolenter, Dolet enim mihi, tã-  
tum tibi complicibusq; tuis in pulcherrima ciuitate Augu-  
stensi licuisse ac permissum esse, ut uere dicere possimus, Cō-  
stantinopoli, ubi dominant Turcæ, plura esse altaria Christi  
quàm Augustæ, Non nego equidem Constantinopoli præ-  
dominari Machometicam impietate, Vere nihilominus as-  
firmo, plura illic esse altaria Christi quàm Augustæ, Quæ  
admodum Romæ, olim temporibus Domitiani, Traian-  
ni, Decij & Diocletiani prædominabāt utiq; impietas Ido-  
latræ, Multa nihilosecius erant & Christi templa atq; altar-  
ia Romæ illis tēporib. in quib. Martyres & alij Christiani  
Christū colebāt. Inuenies (credo) Augustæ mercatores al-  
liquos, qui Constantinopoli fuerint, Ex ijs ergo interroga,  
quot nam habeant illic altaria Veneti, quot Genuenses, q̄t  
Rhagusiani, quot Græci, & eorum magnus Patriarcha, à  
quo etiam Græci, qui Venetijs habitant, sacerdotes petere et  
recipere solent, ad suorum altarium, quæ Venetijs habent,  
ministeria peragenda.

Hanc

Hanc ergo horrendam ignominiam & infamiam tuis Muscule infanijs plusquam Turcicis debent Augustenses acceptam referre, quod Christiani uere dicere possunt & Imperatori & cunctis alijs regibus & Principibus Christianis in omni natione, quod plura sint hodie altaria Christi Constantinopoli quam Augustæ. Item quod tutius est sacerdotibus Christianis, Christi sacrificium offerre Constantinopoli quam Augustæ. Item quod plures celebrantur missæ pro defunctis & pro pace illic quam istic, Item quod omnia Ecclesiæ sacramenta illic melius administrant quàm istic. In summa quicquid ad ueros Christianos pertinet, uerius reperitur nunc Constantinopoli quàm Augustæ. Non ad populi Augustensis iniuriã hæc dixerim, sed ad confundendas superbie tuæ gloriations, ut aperiãt oculos ij qui à te seducti sunt, & uideant, in quantum damnationis & infamiæ barathrum à tetuisq; complicibus sceleratissime sint ex Ecclesiæ sinu abducti, conuertanturq; foeliciter & agant pœnitentiam ac prima (ut ait in Apocalypsi Iohannes) operantur, facti nobiscum unanimes in una domo Dei sicut ante uos fuerunt, & omnia schismaticorum conuenticula derelinquant, Non sint Zuingliani, non Lutherani, non Anabaptistæ, non Euangelici uoce tantum, sed simpliciter Christiani, sicut nos sumus, & sicut ipsimet antea & maiores eorum multis sæculis semper fuerunt. Negare enim non potes, fuisse per uos novos concionatores intra XX. annos plures introductas aut per dissidia uestra exortas Augustæ sectas contentiosas & in fide erroneas, quam in sexcentis annis antea fuerunt. Testis est mihi Deus scrutator infallibilis cordis & renum, quod nihil horum dico contra conscientiam propriam, sed firmiter credo, cuncta sic esse & ita habere ut dixi, utinam mentirer potius in hisce dictis, libens

Quanta per  
Musculum  
infamia.

Apoc. 2.

Sectarũ di-  
uersitas in-  
troducta.

D ter

## De Altaribus Christi

ter enim propter tot animas aut iam perditas aut breui per-  
dendas, si non resipuerint, uellē hanc de mendacio ignomi-  
niā ferre, Tantum abest, ut gloriā ex ijs quærere cupiam.

Impudens  
Musculi nes-  
gatio de alta-  
ribus.

Tu uero Muscule tantæ es hic improbitatis & impuden-  
tię, ut contra manifestum factum, quod omnium qui intue-  
ri uolunt oculis patet, non erubescis dicere, Non esse ullum  
Christi altare apud Augustanos abrogatum. Vidi equidē  
oculis meis, quid à uobis impie perpetratum sit in pulcheris  
rimis Ecclesijs Augustæ, in Cathedrali B. Virginis, S. Vl-  
rici, S. Mauricij & in plerisq; Monasterijs, ubi omnia diru-  
ta & solo æquata sunt altaria, Quæ utiq; Christi, non  
Iouis aut Veneris aut Baal, fuerunt. Dicimus quidem san-  
ctorum quoq; altaria, ut Petri, Iohannis, Katherinæ, Bar-  
bare &c. sed alia ratione quam altaria Christi. Non enim sa-

ff. 1.

crificatur apud nos ullo in altari Beate uirgini, aut Sancto  
Petro, aut ulli sanctorum, sed soli Deo in omnibus. Dixi  
enim tibi ex Augustino, nulli sacrificandum esse creaturæ,

C. ij Dixi ex eodem contra Bullingerum tuum, quod nulli  
martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memorias  
martyrum, constituamus altaria. Christi ergo altaria dici-  
mus, tum quod in eis offertur Christo, ut domino & Deo  
nostro, tum quod in eis ipsemet Christus sacerdos est & sa-  
crificium, Sanctorum autem altaria dicimus, non quod  
in eis offeratur aut sacrificetur ipsis sanctis ( quod non licet,  
quia creaturæ sunt & ipsi ) sed quod in memoriam eorum  
consecrata sunt huiusmodi altaria. Hæc non ex me confin-  
go, sed ex Augustino uobis recitauī.

Aug. 10. lib.  
de ciui. Dei.  
Et 20. lib.  
contra fau-  
stum.

Zuingliani  
nullum has-  
sent altare.

Addis & aliud mendacium, dicens. Nostra Ecclesia tot  
etiamnum habet altaria, quot ad dominici corporis & san-  
guinis mysterium necessario requiruntur. Intellico hic Mu-  
scole uulpinam tuam astutiam, qua decipis tuos, qui inter  
mens

## De Altaribus Christi

mensam & altare non discernunt. Cum autem Græce doctus sis atq; etiam Hebraice, nō potes ignorare, altare ubiq; apud illos ab oblatione & sacrificio nomen habere. Nam θυσία Thyfia Græcis idem est quod nobis sacrificium, uictima aut hostia θυσιαστήριον Thyfiasterium idem quod altare. Hebræis quoq; altare מזבח Mis beach dicitur à uerbo זבח Zabach, Quod est sacrificare, immolare, mactare. Quoniam uero uos Augustæ in mensis uestris nullum agnoscitis aut peragitis sacrificium, nullam hostiam aut uictimam, non recte dicis eas altaria. Cum igitur nullum prorsus in cœna uestra faciatis sacrificium hostiamue aut oblationē, nullum prorsus habetis altare.

Falso itaq; & fraudulenter dicis, tot etiamnum habere uos altaria &c. Quia nullum prorsus habetis, Nam tu ipse paulo post ita dicis Nos, ut contenti sumus uno Christo, & unius Christi sacro sanctissimo mysterio, ita pluribus aris opus non habemus, sed una Dominica mensa contenti sumus. Dic mihi hic quæso uulpine arrosor, cur potius dicis nunc una dominica mensa quam una dominica ara, Cum differentiam hic statuas inter nos & uos in eo, quod nos plura, uos unum habeatis altare? Magis enim proprie dices, pluribus aris opus non habemus sed una dominica ara contenti sumus, quam sic, sed una dominica mensa contenti sumus. Cum igitur neges sacrificium uictimamq; & oblationem ac hostiam in cœna uestra, falso gloriaris de altaris unitate, Quia non unum sed nullum prorsus habetis altare, Quia ubi non est sacrificium aut oblatio, ibi nullum est altare.

Quod aut petis à me, ut ostendam uobis exemplar ueteris Ecclesie, quod multitudini altarium, eidolorum (ut tu nō uo more dicis) ac sacellorum patrocinet, faciam id lubens,

D 2

prius

Vulpina  
fraus Mus  
sculi.



## De Altaribus Christi

Quæ altaria  
reprobantur  
à prophetis

prius tamen nequiciam tuam, qua contra altaria nostra obijcis aliquot scripturæ locos ex prophetis, redarguam. Impie sane obijcis nobis altaria Baal et aliorum Idolorum, que reprehendunt prophetæ, Nos enim nequaquam talia habemus altaria, qualia detestantur prophetæ in Israel & Ephraim, Dixi enim supra ex Augustino nos uni Deo sacrificare in altaribus nostris, Non multiplicamus Deos aut Idola in altaribus nostris, sicut tu fraudulenter per impiam calumniam nos arguis ac maligne traducis.

Vni deo  
plura poni  
altaria.  
Exo. 27. &  
30.  
Psalm. 83.  
3. Reg. 19

Quod autem uni Deo plura liceat altaria ponere, testatur aperte scriptura, in plerisque locis, Præcepit enim Deus ipse Moyfi in monte Synai, ut duo faceret altaria, unum hostiarum, alterum Thymiamatis. Et David in spiritu ait, Altaria tua Domine uirtutum. Item Helias propheta sic inquit ad Deum, Altaria tua destruxerunt, et prophetas tuos occiderunt. Ex his facile intelligis, non esse impiam, uni Deo plura construere altaria, Ecce habes iam scripturas de altarium pluralitate. Nunc exempla quoque superaddam de antiquissimis (de quibus modo constat) Ecclesijs. Negare profecto non potes honeste aut rationabiliter, antiquissimas esse in Germania Ecclesias, quæ trans Rhenum sunt Coloniae, Treueris, & Moguntia, Quæ enim cis Rhenum sunt, longe sunt recentiores, Quandoquidem Cornelius Tacitus de Germania scribit, suo tempore nullas in Germania (hoc est, Cis Rhenum) fuisse ciuitates. Inspice igitur, si libet, diligenter Constantini Magni matrisque eius Helenæ magnificas templorum structuras, quæ adhuc hodie durant, Coloniae, Treueris, et Romæ. ubi utique plura in uno templo inuenies altaria, atque etiam diuersa in suis sacella, non solum in planicie supna, sed etiam in cryptis sub terra, Quod si hæc remotius posita esse causeris, ostendo tibi propin

Antiquæ in  
Germania  
Ecclesiæ

propinquius extructam Moguntiaæ ædem uetustam, quæ  
 S. Gothardi uulgo dicitur, proxime ædem Metropolitanæ  
 Ecclesiæ, in qua sane ædicula & inferne & superne conspi-  
 ciuntur plura altaria, eaq; uetustissima, Quorum tria super-  
 ne, non longe ab inuicem distantia, dicuntur iuxta ritum  
 Græcorum extructa, bene alta, & parum ampla. Non infir-  
 mior tamen, intra proxime lapsos CCCC. annos uehemen-  
 ter multiplicata fuisse altaria, magis quàm antea, Quod in-  
 de accidisse puto, quia rarius quàm antea communicare cœ-  
 perunt Laici, quorum negligentia per sacerdotum sacrifi-  
 cia pie supplenda in pluribus altaribus uisa est. Hic satis mi-  
 hi fuerit, impietatis te conuicisse, qui tot Christi altaria an-  
 tiqua sacrilego ausu destruenda cœuisti contra ius & fas at-  
 que etiam contra Ecclesiæ ueteris obseruationem antiquis-  
 simam, absq; omni authoritate exemplo & ratione.

Cur multi-  
 plicata sunt  
 altaria.

DE SACERDOTIO QVO-  
 dam cunctis Christianis Communi. Cap. VI.

**H**ic nimis improbum ac procacem agis Momum Mus-  
 scule, Vbi cum de re ipsa nihil habeas quod carpas aut  
 repræhendas, uerba captas & uerbose contendis de uno aut  
 altero uerbo à me neglectim prolato. Repræhendis itaq; me  
 quod dixi, sermonem tuum priorem de duplici agere sacer-  
 dotio. Hoc tu negas, contra sensum cuiuslibet lectoris, Man-  
 nifeste enim ibi de duplici loqueris sacerdotio, quorum  
 unum affirmas, alterum negas. At dicis, qd hoc quis agere di-  
 catur, quod uel efficere uel probare conatur, At nullus  
 Grammaticorum unq; ita restrinxit hoc uerbum Agere ad  
 hanc unam significationem, quàm tu dicis, Vsq; adeo enim  
 multæ recensentur huius uerbi significationes in Calepino  
 D 3 & alijs

Agere.

D 3 & alijs

## De sacerdotio cunctis

& alijs Dictionarijs, ut tædeat me nunc omnes perlegere. Audi ergo, quid de hac repræhensione tua scripserit ad me hisce diebus uir quidam egregie doctus. Quid nunc dicam ( inquit ) de alijs huius noui Sophistæ, aut Sycophantæ potius, calumnijs, cum ita ludit uerbosissime in discrimine sacrificij proprii & improprii, cum uerbum Agere cauillatur, & adstringit pro suo commodo significationem generalitatis &c. Ego certe simpliciter absq; omni fraudis aut calumniæ intentione dixi, qd sermo tuus de duplici agat sacerdotio. Agat inquam, hoc est, loquatur aut tractet. Nec uideo, in quo hic peccauerim. Agis enim ibi de duobus, quorum unum approbas, alterum reprobas.

**Captator calumniarum:** Quod autem dicis, me de quæstuoso tantum agere sacerdotio, & ueri sacerdotij, quod omnium Christianorum est, nulla cura tangi, manifesta est calumnia, quia tibi dolet, qd ego de isto generali sacerdotio plura scripturæ loca indicauim quàm tu fecisti. Rapis et hoc uerbum meum in calumniam, qd dixi, de hoc generali sacerdotio non opus esse longa inter nos contentione, cum nos Catholici omnes id confiteamur, nec ullus nostrum id unq; negauerit, Tu hæc uerba huc detorques, quasi hanc populo Christiano dignitatē inuideam & obscuratam uelim, Quod ne per febrim quidē somniaui unq;. Cauillaris & contra hoc, qd dixi, nos illud confiteri & non negare. At eadē ratione cauillari possis contra Euangelistę uerba ista, Et confessus est et non negauit. Ego ne multum temporis impendam & inaniter perdā circa huiusmodi cauillationes tuas, usq; adeo futiles ac uerbose procaces. Dicis mihi hic ita, Quos dabis mihi tuos & tuorum libros de hoc Christiano sacerdotio. De quæstuoso autē & ficto uestro sacerdotio æditos libros quot plaustris capiferriq; posse putas. Respondeo Muscule, & me & meos in Ec

**Ioh. r.**  
**Scripta Ca-**  
**tholicorum**  
**de utroq; sa-**  
**cerdotio.**

in Ecclesia Catholica fratres & consortes, De utroq; scripsisse sacerdotio, Testes sunt libri sanctissimi uiri Iohannis Fischeri Roffensis nostris tēporibus in Anglia Episcopi, Testes item libri eximij Theologi Clichtouei in Gallijs, Alfonso in Hispanijs, Principis Carporum in Italia, ut de Colonie sibus Louaniensibusq; & reliquis in Germania preclare doctis ac pijs Theologis hic nihil dicā. Ego certe ante años 24 hac de re scripsi non nihil Teuthonice contra Lutheri librū, quem ad Germanicam ædiderat Nobilitatē, Et ante annos sex, cum defuncto Saxonie Duce GEORGIO. sanctæ ac æternę memorię pio Principe ab Ecclesia Misnensi exulare cogerer, scripsi de ordinatione Episcoporum libellū contra nouas insanias uestras, in quo, sane inē alia multa sic dixi. Duplex etenim est sacerdotiū in Christianismo, unū generale & cōmune omnibus Christianis, De quo Petri & Iohannis dicta supra citata intelligi debent. *Verba Cōchleij de utroque.* Omni. n. Christiano conuenit, sacrificium Deo offerre spiritū contribulatū, cor contritū & humiliatum Psal. 50. sacrificiū iustitię, Psal. 4. sacrificiū laudis Psal. 49. De quo & Apost. ait Heb. 13 Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Adduxi et alia quedā scripturę noui testamenti loca, quę hic breuitatis gratia omitto. Alterū uero (dixi ibidem) est sacerdotiū speciale & externum, quod per Episcopum legitima ordinatione confertur. De quo Apostolus ait Heb. 5. Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui uocatur à Deo tanq; Aaron. Sicut & in ueteri lege, Duplex erat sacerdotium, unum generale & omnibus Israelitis cōmune. De quo scriptū est Exo. 19. Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Alterū speciale, & filijs Aaron proprium, De quo ad ipsum Aaron dictum est, Num. 18. Tu autem & filij tui custodite sacerdos

## De sacerdotio communi

sacerdotium uestrum, si quis externus accesserit, occidetur.  
Hæc ibi.

Mendacia  
Musculi.

Incredibilia  
credunt nūc  
sectæ.

Ex quibus facile patescit, me recte dixisse, q̄ impudenti mendacio dixeris, De isto generali Christianorum sacerdotio antea neminem sciuisse quicq̄, Tu autem pergis adhuc impudentius alia super addere mendacia, nempe q̄ munus quoq̄ Episcopi ante hæc tempora Ecclesiæ incognitum fuerit, & neminem antea sciuisse, q̄ Paulus prohibitionem matrimonij & escharum dixerit esse doctrinam dæmoniorum 1. Timo. 4. Et q̄ os Domini dixerit, frustra colunt me docentes doctrinas & mandata hominum, Addis deniq̄ & hoc uniuersale mendacium, q̄ possis huiusmodi innumera exempla proferre, De quibus olim nihil fuerit cognitum Ecclesiæ, quantumuis in scripturis manifestissime sint expressa. Ergo ne obtenebratum fuit perpetuo per M. D. annos lumen intellectus tot sanctorū patrum, donumq̄ scientiæ & pietatis eis subtractum, ut tot scripturæ loca tam expressa intelligere aut cognita habere non potuerint? Quis obsecro tam cæcus & iniquus potest esse iudex religionis & Ecclesiæ, ut dicat aut credat, Spiritum sanctum ea paruulis humilitate sanctis patribus abscondisse tot sæculis, & reuelauerit nunc demum superbissimis & scientia linguarumq̄ peritia inflatis Apostatis uerum & genuinum tot scripturæ locorum intellectum impijs peccatoribus, hæresi, perfidia incæstusq̄ & rebellione infamibus & pollutis? Cætera quæ uerbose contra me ex Teuthonico tuo recitas, lubens prætereo, friuola enim sunt. Verbi gratia, q̄ dixi, in scripturis, cum tu Teuthonice dixeris, in scripturis noui Testamenti, Et q̄ tu de nomine tantum, non dere & operatione sacerdotij locutus fueris. Siue ita sit, siue non sit, malo equidem negligentia huius (non tamen calumniæ, quam tu falso imputas.

putas hic mihi) culpam agnoscere, quam Teuthonica tua nunc iterum relegere, & inquirere in his, an hic uerum dicas, usq; adeo tædūt me, scurriles illas uerbositates uel semel ad finem usq; perlegere. Neq; satis recordor, an uel semel omnes perlegerim, tanto grauior tædio.

DE SPECIALI NOVAE  
legis sacerdotio. Cap. VII.

ETHic non parum tædij generat mihi maliciosa tua uerbofinitas, quæ conuicijs & ambagibus rem, quæ tangenda erat, eludit, probauit equidem ex Euangelio, Christum esse legisse duodecim Apostolos & LXXII. discipulos, Hos presbyterorum, illos Episcoporum tenuisse dignitatē et officium, affirmant sancti patres & cōmunis schola Theologorum, Adieci ex Concilijs, & ex S. Ambrosio, Episcopos dictos fuisse sacerdotes. Tu cum id negare non possis, dicis eos alia ratione dictos fuisse sacerdotes quam dicuntur sacerdotes nostri. Cum autē concedas mihi, non omnes Christianos fuisse Apostolos, Apostolos autem fuisse sacerdotes, nonne per hoc concedis mihi speciale in noua lege sacerdotium, quod non sit omnibus Christianis commune.

At dicis, illud alterius fuisse generis, quam sit sacerdotiū nostrum, Videamus igitur, quomodo alterius fuerit generis sacerdotium ueteris Ecclesiæ quam est Ecclesiæ nostræ. Græcis (inquis) dictus est ἱερεὺς, id est, sacrorū minister, ἱερόν sacrum in genere ἱεραργός sacris operans, Cum igitur Apostoli & seniores sacris uacarent mysterijs, quid uenit eos sacerdotes uocari? Recte sic dicis Muscule, Quoniam uero nostrorum quoq; episcoporum & presbyterorum præcipuum opus & officium est, sacris mysterijs & diuinis rebus

Nō alterius generis fuit sacerdotiū ueteris Ecclesiæ quam est præsentis

E uacare

## De Speciali Sacerdotio

uacare, sicut testantur sacri Canones atq; etiam leges Imperiales. Quid quaeso uetat eos uocari sacerdotes?

Vacare rebus diuinis sacerdotes.

At dicis eos hodie prophanis uacare rebus, non diuinis. Esto, quod aliqui abutantur officio suo, Ideoq; neq; Episcopi neq; sacerdotes digne uocentur. Quid obstat hoc bonis Episcopis & presbyteris (qui pie ac studiose sacris uacant rebus) quo minus sacerdotes uocentur? At uos scelerati sacrarum rerum uastatores, eos praecipue sacerdotes, qui in Carthusia alijsq; monasterijs deuotissime sacris mysterijs diuinisq; rebus uacant, persequimini, & propter Apostasiam uestram exterminare conamini. Dic mihi igitur, cur neges eos iure sacerdotes dici, qui praeter alijs hominibus tantopere sacris uacant?

Sacerdotes temporibus Apostolorum.

Si ergo ministris Ecclesiae coeptum est (ut ais) post Apostolorum tempora tribui hoc nomen sacerdos, Cur tu reprehendis hodiernos in Ecclesia Catholica Dei ministros Episcopos & presbyteros dici a nobis sacerdotes? Ego autem ex Dionysio Ignatioque & ex Clementis Anacletique epistolis probaui, Episcopos & presbyteros etiam Apostolorum temporibus dictos fuisse sacerdotes, Quid ad eorum dicta respondisti uerbosissimus alioqui disputator?

Consecrati sacerdotes unctioe etiam Apostolorum temporibus

At dicis, illos priscorum tempore non fuisse sacerdotes unctioe alijsq; Ceremonijs ab Episcopo, ut nunc fit, consecratos, Sed falsum te dicere conuincit in Ecclesiastica Hierarchia Dionysius ubi de unctioe & de Ceremonijs prolixè tractat. Neq; tu & omnes complices tui poteritis ostendere certum tempus post Apostolos, quo coeptum fit, consecrare & ordinare sacerdotes ijs Ceremonijs, quibus consecrantur adhuc hodie, Neq; item certum demonstrare tempus potestis, quoniam coeptum sit in missa hostiam aut sacrificium offerre.

Sceleratissime enim deceptus fuit à Vuittembergensibus

sibus Dux Saxoniae Elector Fridericus, quando petijt ab eis, ut indicarent sibi certum tempus, quo cessasset missa Apostolica & inceperit missa Papistica, Quemadmodum et tu id nunquam demonstrare poteris. Aut si confidis, attende, & profer nobis certum saeculum saltem aut annum, in quo aliter sacra peragere coeperint Papistae (ut nos uocas) quam ea peregerunt Apostoli & eorum successores. Quando id efficias Muscule? Ad Kalendas Graecas scilicet. Ego enim contrarium semper, Deo bene iuuante, ostendere potero ex antiquissimis Apostolorum discipulis, Dionysio, Clemente, Anacleto et Ignatio qui nobis contra uos de oblatione et sacrificio testificantur in sacrorum peractione. Et post eos antiquissimi Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, & post hos reliqui oēs continua serie et successione usque ad nos, qui ab illis uelut per manus accepimus, sufficiat autem hic breuitatis gratia ex Dionysio pauca referre, quibus aerea frons tua repercutiatur ut erubescas modicum.

Vt ostendatur (inquit) sacerdotij nostri perfunctio, inordinata omnia & incompressa atque confusa, ab se arcere semper atque cohibere. Ornatum uero atque ordinem & grauitatem in proportionibus sanctorum ordinum suorum exhibere. Ex his cognoscit lector, quid per uos Apostatas molitur Sathanas, Nempe ut reiecto ab Ecclesia sacerdotio tollatur ornatus ordo & grauitas, omniaque fiant inordinata incompressa & confusa.

Quam imple uero ac mendaciter dicas Muscule, olim sacerdotes non fuisse ab Episcopo unctione consecratos, idem docet Dionysius in eodem capitulo, sic dicens, Etsi enim a sacerdotibus quaedam perficiuntur uenerabilis signa, nunquam tamen diuinam regenerationem sine sacratissimo consumabit unguento, Neque sacrosanctae communionis sacramenta

De Missa  
quaestio du  
cis Friderici  
Elect. Saxo.

Oblatio &  
sacrificium in  
missa semper  
per fuit.

Dionys. de  
Eccle. hier.  
cap. 5.

Antiquitas  
unctionis.



De Speciali Sacerdotio.

cramenta perficiet, nisi signis tanti mysterij altaribus uenerandis impositis. Ne ipse quidem sacerdos erit, nisi Pontificalibus officijs ad hoc fuerit promotus. Ecce Dionysius, Apostolorum Pauli & Iohannis discipulus, uocat unguentum sacratissimum, quod uos Apostatae uocatis rancidum oleum.

Reprobatio  
nouæ ordi-  
nationis.

Et sacerdotem esse negat, qui non fuerit ad hoc Pontificalibus officijs promotus. Vos autem reiicitis nunc sacerdotum ordinationes quas faciunt Episcopi, & manus imponitis quibuslibet ex plebe blateronibus, ut sint Ecclesiarum repente pastores, qui nullos ab ullo Episcopo ordines receperunt. Quod ante in Ecclesia Catholica nunquam fuit factum.

Sacerdotium  
quod offert.

At dicis, hunc Dionysium, sicut & Epiphanium, non de missatico (ut uocas) loqui sacerdotio, sed de alio. De quo ergo? De eo, inquis, quod Euangelium annunciat, non de eo quod offert & sacrificat. Ego autem iam pridem in quinta Philippica uobis obieci clarissima eius uerba de eo quod offert. Sic enim ait. Sacerdos, quod hostiam salutarē, quæ supra ipsum est, litet, se excusat, ad ipsum primo decenter exclamans, Tu dixisti. Hoc facite in meam commemorationem. Quid uos ad hæc respondistis?

Diony. de  
Eccle. Hier.  
cap. 3.

Improbatio  
conuersionis  
de  
Dionysio.

At dicis, de hoc Dionysio controuerti adhuc, sed non refert, quod uos controuertitis, qui sine fronte superbe omnia negatis quantumuis certa & antiqua, quæ contra nouas opiniones uestras faciunt, Da nobis alium Dionysium si potes, qui sic descriperit Petri & aliorum Apostolorum (quibus & ipse interfuit) præsentiam in obitu Mariæ uirginis Deigenitricis, & epistolam miserit ad Iohannem Apostolum & Euangelistam in Pathmo exulantem, & 25. annorum fuerit, quando Christo in cruce pendente uidit Eclipsim supernaturalem, constitutus tunc in Heliopoli, urbe

De diu. no-  
mi, c. 3

Aegyptus

Aegypti. Si non potes indicare alium, recipere nobiscum hunc qui solus ista scripsit, & agnosce, quam imple neges sacerdotium nostrum quod offert.

## DE FIDE ET SEDE

Petri Apostoli, Cap. VIII.

**N**Egas item pari impudentia & procacitate S. Petrum <sup>Petrus Ro.</sup> Romanæ Ecclesiæ sacerdotem fuisse, Quod ego tibi <sup>Ecclesiæ fas</sup> ex Ambrosio obieceram. Quod Petrus (inquis.) Ro. Ec- <sup>cerdos fuit,</sup> clesiæ sacerdos uel Episcopus, sicut traditur, fuerit, ne hoc silentio agnoscere uidear, cum bona tua gratia Cochlae, firma fiducia dico, nec tibi nec cuiquam alij ex uestris probatu possibile est. Paulum Ro. Ecclesiæ Apostolum agnosci- mus, Petrum nequaquam, Quem testimonio Pauli liquet A- postolum fuisse Circumcisionis, non Gentium. Hæc tua sunt Muscule uerba, quæ uix protulisse ausus fuisses, credo, si meas legisses probationes, quas olim scripsi per Quatuor libros contra Velenum, qui pari furore negabat Petrum Romæ unquam fuisse, Aut si cum saltem legisses libellum, quæ pro Hieronymo Emsero contra Lutherum (qui pro magno habebat mendatio, Petrum 25. annis Romæ Episcopatium tenuisse) scripsi. In hisce enim scriptis tam multas uariasque ac firmas ex omni testimoniorum genere probationes adduxi, ut nemo, nisi ferreæ frontis sit, negare aut cõtra dicere ullo honesti aut ueri prætextu queat.

Hic breuis esse cupiens, paucissimas referam, Vnam <sup>Quinq; pro</sup> ne ex scripturis Pauli, quem mihi obijcis, alteram ex patri- <sup>bationes de</sup> bus, tertiam ex legibus, Quartam ex historijs, Quintam <sup>ex sede Petri.</sup> rerum ipsarum euidencia. Etenim Paulus ad Romanos <sup>Romæ fune</sup> scribens, sic ait mox in principio. Primum quidem gratias <sup>data.</sup>

E 3 ago

De fide & sede Petri

ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo. Iam dic nobis Muscule, si potes, quis nam Romanos eam fidem, quae sic annuntiabatur & laudabatur in uniuerso mundo, docuerit, antequam ad eos scripsit Paulus. Certum est sane, quod non docuerat eos illam Paulus ipse, quia clare testatur mox post iam dicta ipsius uerba, se rogasse Deum, ut prosperum haberet iter ueniendi ad eos, seque desiderasse uidere eos, & consolari in eis per eam quae inuicem erat fidem suam & illorum.

Pauli testi-  
monium pro  
Romanis con-  
tra nouas heres-  
ias.

Et in fine eiusdem ad illos epistolae rursus ita ait post longum salutandorum catalogum. Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, praeter doctrinam quam uos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Iesu Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducant corda innocentium. Vestra enim obaedientia in omni loco diuulgata est, Gaudere igitur in uobis, sed uolo uos sapientes esse in bono, & simpliciter in malo. Hec ubi Paulus, quae certe te tuique similes Romanorum Ecclesiae perfidos & rebelles Apostatas graue perstringunt, qui tot dissensiones & offendicula, praeter, immo & contra doctrinam quam Romani didicerant, facitis, non Christo Domino, sed uentri uestro seruietes, ac tot innocentium & simplicium corda seducentes.

Non Paulus  
sed Petrus  
primo docuit  
Romanos  
fidem & ob-  
aedientiam.

Ex hic autem Pauli uerbis non solum fides (de qua in principio dixerat) sed etiam obaedientia Romanorum in omni loco diuulgata iam erat, antequam ad eos Paulus uenisset, Dic ergo nobis Muscule, quisnam docuerit eos ante Paulum fidem & obaedientiam, si non docuit eos Petrus. Vis enim Paulum Romanorum Ecclesiae Apostolum agnoscere, Petrum nequaquam. Da ergo alium, si potes, qui ante Paulum docuerit  
Romae

Romanos fidem et obediētiam, tam excellenter, ut in unis  
uerso mundo annunciaret & in omni loco diuulgata esset,  
& nos eum pro Apostolo, sacerdote, & Episcopo Romane  
Ecclesie tecum agnosceremus, Quem uero dabis miser aliis  
um, de quo non sis per impudentiam & stultam audaciam  
ridiculus & nostris & tuis pariter? Quum igitur alium da  
re nequeas, merito cōsulum te agnoscere debes, ut agas pœs  
nitentiam, & ex mortuis à corde resurgas. Puto equidem  
hanc ex Paulo probationem apud quemlibet lectorem cor  
datum satis fore elaram & ualidam.

Audi nunc alteram, quam ex patribus promisi probatio  
nem. Recitauit sane XVIII. demonstrationes seu probatio  
nes contra Velenum ex patribus & classicis authoribus an  
tiquis, Ideo uanissime dicis, De Petro nos probare non posse.  
Quoniã uero tunc, quando in Velenum scripsi, Irenęi li  
bri nondum erant per Typographos euulgati, non potui  
alia eius uerba referre præterq̃ ea quę recitat in historia sua  
Eusebius Cęsariensis, Ideo nunc alia ex originalibus produ  
cam, quę & alijs Ro. Ecclesie desertoribus interea nō paucis  
obiecti, ad quę muti permanent usq̃ adhuc. Verba igitur Ire  
næi sic habent. Sed quoniam ualde longum est, in hoc ta  
li uolumine, omnium ecclesiarum enumerare successiones,  
Maxime & Antiquissimæ, & omnibus cognitæ, à glorio  
sissimis duobus Apostolis PETRO & PAULO Ro  
mæ fundatæ & constitutæ Ecclesie, eam quam habet  
ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fi  
dem, per successiones Episcoporum uenientem usq̃ ad nos,  
indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo  
uel per sui placentiam malam, uel uanam gloriam, uel per  
cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet,  
colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentio  
rem principem

IL  
Probatio ex  
Irenæo.

Euseb. lib. 3.  
c. 6.  
Irenæus lib.  
3. c. 3.

De fide & sede Petri.

principalitatem, necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undiq; fideles, Hæc ille.

**Magna Irenæi de Ro. Ecclesia testimonia.**  
Quibus utiq; tanto iustius, quàm procaci & impiæ negationi tuæ creditur, Muscule, quanto sanctior & Apostolorum temporibus propinquior fuit Irenæus Martyr & Pontifex quàm tu es. Audis ergo Ro. Ecclesiam, non à Paulo solum sed etiam à Petro fundatam & constitutã esse, Immo ex ipso Paulo probauit supra, Ro. Ecclesiæ fidem & obædientiam in uniuerso mundo diuulgatam fuisse, anteq; quàm Paulus Romam uenit. Audis item, Ro. Ecclesiam maximam & antiquissimam & omnibus cognitam dici, & eius, quam ab Apostolis habet, traditionem fidemq; uenisse usq; ad tempora Irenæi, & per eam omnes confundi, qui aliter colligunt, Audis deniq; propter potentiores principalitatem necessario ad eam conuenire omnes fideles omnemq; Ecclesiam. Vos igitur desertores illius neq; fideles estis amplius neq; ullam habetis ueram ecclesiam, sed omnes congregationes uestræ conuenticula sunt & synagoga Sathanæ, in quibus nemo prorsus fidelis est.

**Petior Ariani Musculus.**  
Obieceram tibi dictum S. Ambrosij de sacramentis, qd S. Petrus Ro. Ecclesiæ sacerdos fuerit, Tu absq; omni fronte negas id, à quocumq; scriptum aut traditum fuerit, Petior in hoc longe & impudentior Ariani, qui Iulio Papæ respondentes, quando propter discutiendam Athanasij causam erant citati, confitebãtur utiq; Petrum Ro. Ecclesiæ Apostolum fuisse, licet iactitarent, eum ex Orientali Ecclesia Romam uenisse. Obijciam itaq; tibi nunc alium ex Ambrosio locum, relatu certe dignum, etiam si tu eum reieceris. Ita ergo habet in sermone, quem ad populum dixit publice in festo Natalis Apostolorum. Beati (inquit) Petrus & Paulus eminent inter uniuersos Apostolos, & peculiari quadam

Ambro. sermo. 67.

dam prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui præponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione uixisse, quos simul uidemus ad Martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putemus, quod una die uno in loco, unius Tyranni tolerauere sententiam. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent, uno in loco, ne alteri Roma deesset. Sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus, pro gloria, persecutor decretus est pro uirtute. Et in quo tandem loco Martyrium pertulerunt? In urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet Nationum, scilicet, ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis. Et ubi Gentilium principes habitabant illic ecclesiarum Principes morarentur. Hæc disertissime S. Ambrosius, ad quæ tu sane nunquam uerecunde respondere poteris, nisi tuum reuoces errorem.

Tertiam probationem ex Imperatorum legibus publicis promisi, Ne uero prolixior, quam necesse est, fiat hæc disputatio, ex Codice Iustiniani Imperatoris omnium primam & solam recitabo legem, quæ sane non Iustiniani, sed Gratiani Valentinianiq; & Theodosij Maioris, qui simul Augusti fuerunt, extitit. Cunctos (inquiunt) populos, quos Clementiæ nostræ regit Imperium, in tali uolumus religione uersari, quam diuinum P E T R V M Apostolum tradidisse Romanis, religio usq; adhuc ab eo insinuata declarat, Quamq; Pontificem Damasum sequi claret. Quid habes Muscule, quod contra tres Imperatores istos honeste possis excipere, qui tam clare affirmant, Petrum Romanis

III.  
Probatio ex  
legibus.

C. de sum.  
Trin. L. 12

F nis

manis religionem tradidisse & Nonne rebellis es p̄s per hoc Imperatoribus, qui in Romana religione (quam peris de reliquisti) uersari nunc recusas?

III.  
Egesippus  
lib. 3. c. 2.

Quartam probationem ex antiquissimo Christianorum Historico, nempe ex Egesippo, qui Apostolorum temporibus uicinus fuit, mutuabor. Erant (inquit) tunc temporis Romæ P E T R V S & P A V L V S . Doctores Christianorū, sublimes operibus, clari magisterio, qui uirtute suorum operum Neronem aduersum fecerant, captum Magi Simonis delinimentis &c. Plura quidem lectu digna refert ibi de Petro, quæ Romæ ei contigerunt, sed quia breuis esse cupio, ea lectori inspicienda relinquo. Hęc enim pauca sufficiunt apud cordatos, negationis tuæ confutare procacitatem.

V.  
Probatio ex  
rerū euiden-  
tia.

Quintam & ultimam probationem ex rerum euidentiā breuiter commemorabo. Sunt Romæ adhuc hodie sacratissimæ amborum Apostolorum reliquiæ, Capita & ossa eorum, quæ Cornelius Papa ex Caracalla (loco extra urbis Moenia) transtulit, Vbi multa ac stupenda circa eorum confessiones (ita uocabantur reliquiarum loca) facta sunt miracula, Ne uero prolixior fiat narratio, remitto te ac lectorem quemlibet ad unam Gregorij Papæ I. epistolam, quam serio de ijsce rebus scripsit ad Constantiam Augustam, uxorem Mauricij Imperatoris.

Greg. in res-  
gist. lib. 3.  
epist. 30.

Verba Lu-  
theri.

Quoniam uero tu Muscule hunc Pontificem horrenda calumniā omnium superstitionis dicis, obijciam tibi pro illo Lutherum uestrum, primum tot turbarum & sectarum huius temporis authorem. Qui in plausibili apud nouarum rerum studiosos libello de potestate Papæ sic habet, Ita uidemus (inquit) & Romanos Pontifices semper fuisse

fuisse honoratos, ut successores Petri, & Primo loco habitos. Et in hoc recte & laudabiliter actum est & agitur, agendumque est sine querela. Hæc Lutherus. Cum quo litiga si uis, qui negas Petri successores esse Romanos Pontifices.

Videamus ergo, quam magna sit ratio, quæ te contra totius mundi communem sermonem & testimonium cogit negare Petrum Romæ fuisse. Petrum (inquis) testimonio Pauli liquet Apostolum fuisse circumcisionis, non Gentium. Et allegas uerba Pauli ad Galatas. At in illis non habetur hæc clausula, Non gentium, quam tu per crimen falsi adiecisti. Est igitur inepta ac prorsus inualida hæc tua ratio, Tum quod uerba Pauli corrumpis, Tum quod prauè intelligis, Et si enim præcipue Petro Circumcisionis & Paulo Gentium tribuitur Apostolatus, Vterque tamen utrumque Apostolorum exercuisse reperitur, sicut in actibus Apostolorum commemorat Lucas Evangelista. Petrus enim conuertit ad Christum Cornelium Centurionem & alios gentiles qui cum eo erant. In quos & spiritus sanctus uenit antequam baptizarentur, stupentibus & aduersus Petrum disceptantibus ijs qui ex circumcisione fideles erant. Paulus uero mox post receptum per manuum impositionem Apostolatum abiit cum Barnaba ex Antiochia in Cyprum, & cum uenissent Salaminam prædicabant uerbum dei in Synagogis Iudæorum, similiter fecerunt paulo post in Antiochia Pisidiæ, ubi egregiam ad Iudæos orationem habuit Paulus, Cum autem illi non acceptarent uerbum salutis, dixerunt eis Paulus & Barnabas. Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quia repellitis illud, indignos uos

Inualida  
Musculi ratio.

Petrus non  
solum Circumcisionis  
sed & gentium Apostolus fuit.

Acto. 10.  
& 11.  
Act. 13.



iudicatis aeternae uitae. Ecce conuertimur ad Gentes.

Christiani  
Rom. ex Iu  
dæis & gen  
tibus.  
Rom. 16.

Erras & in hoc, quod putas Romæ Gentes tantum, & non Iudæos, ad Christum conuersos fuisse, Ad utrosq; em scripsit Paulus suam ad Romanos epistolam, & in catalogo eorum, quos salutari iubet, multos ex circumcissione commemorat. Inter quos notanter recenset Andronicum & Iuliam, quos dicit cognatos & concaptiuos suos, qui sunt (inquit) nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Si ergo isti ante Paulum fuerunt in Christo, Quis eos rogo conuertit, si hoc non fecit Petrus? Constat sane ex uerbis Pauli, quod fuerint Christiani Romæ, antequam ipse Romam uenit, Constat item ex Actibus Apostolorum, quod ipse Paulus, cum uenisset Romam, mox post tertium diem conuocauit ad se primos Iudæorum, qui nondum erant Christiani, Dicebant enim ei, De secta hac notum est nobis, quia ubiq; ei contradicitur. Constat ergo te in hoc quoq; longe à uero aberrare.

Cathedra  
Petri Rom.

Reprehendis me marginali quoque annotatione, quæ sic habet, Sedem Petro tribuis, cum fuerit Apostolus, mandatumq; à Domino acceperit eundi in orbem uniuersum, non Romæ sedendi. Nunquid uero ego primus aut solus sum, qui Petro Cathedram aut sedem Apostolicam Romæ tribuo? Certe antiquissimus inter Latinos Tertullianus sic habet. Percurre (inquit) Ecclesias Apostolicas, apud quas ipse adhuc Cathedræ Apostolorum suis locis præsentur, apud quas authenticæ literæ eorum recitantur sonantes uocem, repræsentantes faciem. Si Italiæ adieceris habes Romanam. Vnde nobis quoq; auctoritas præsto est statuta. Fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostolicum sanguine suo profuderunt, Vbi PETRVS passioni Domini

Tertul. de  
prescrip. hæ  
ret.

minicę

minicæ adæquatur, Vbi Paulus Iohannis exitu coronatur  
Vbi Iohannes Apostolus, posteaq̄ in oleum igneum des  
mersus, nihil passus est, in Insulam relegatur. Hæc Tertul.

Fatue ergo negas Muscule Apostolorum sedes & Ca<sup>th</sup>edras, ex eo, quod dixit ad eos dominus, Ite in orbem  
uniuersum, Non enim dixit hoc singulis seorsum, sed om  
nibus in unum congregatis, Non fuit igitur necessarium,  
ut unusquisque Apostolorum per uniuersum orbem cur  
reret, neque ulli hoc possibile fuisset, Neque ita currendum  
fuit ut sedere nunquam liceret, fatua est hæc opinio, licuit  
enim sedere Apostolis in Cathedris docentium, ut Christi  
fidem populos docerent. Nimis igitur procax est hæc tua  
repræhensio de sede.

Fatua sedis  
negatio.

Nec iustior est ea, qua de fide Petri me repræhendis, V  
bi quæso dixi ego Nos credere in Petrum, sicut improbe  
cauillaris? Non credimus in Petrum, sed in Christum, cuius  
ius fidem Romanos docuit Petrus, Quam & Paulus com  
mendauit, quæ annunciatur in Vniuerso mundo. Et hæc  
fides non deficiet, sicut pro Petro rogauit patrem ipse Do  
minus, etiamsi rumpantur illa cunctis hæreticis, quia uer  
bum Domini manet in æternum. Docuit utique sacrifican  
di ritum Romanos Petrus, docuit eos orare & sacrificare  
pro uiuis & pro mortuis, Id quod probaui ex Chrysosto  
mo alijsque authoribus antiquis anno superiore aduersus  
duos Osiandri sermones de Purgatorio, Et probatur id ip  
sum ex antiquissimis Ro. Pontificum Clementis, Anacle  
ti, Alexandri & aliorum epistolis decretalibus, Sed tu per  
fricta fronte omnia, quæ tuæ farinæ non sunt, negas, quan  
tumuis nota, antiqua & per totum orbem testificata fue  
rint.

Fides Petri.

De fide & Sede Petri  
**DE HAERETICIS, QVI**  
nam sint. Cap. IX.

Graue crimē  
hæreseos.

**S**Cio equidem, Muscule, quàm magnum & horrendum sit crimen hæreseos, secundum leges & Canones, Quod certe nulli uiro bono intendere scienter uelim. Vobis autem sceleratis & perfidis Apostatis, quibus boni uiri nomen nequaquam conuenire potest, intrepide crimen illud impingo, non ex odio quidem personarum priuato, cum non sit mihi ullum priuatim uobiscum negocium, sed ex publico erga fidem & Ecclesiam atque etiam erga sacri Imperij honorem & tranquillitatem zelo, Quid enim relinquit nobis furor, maliciaq; & impietas uestra imperturbatum? Si cui ergo uestrum facio iniuriam, cur in ius me nemo uestrum uocat? Nolim profecto contra leges & Canones ulli mortalium scienter uel minimam inferre iniuriam, At Lutherum, scelerum uestrorum armiductorem, iam frustra supra 24. annos, ad iudicium uoco? Et non eum modo, sed & quemlibet ex uobis, qui causa illius publico committere ausit iudicio. Audis hæc rebellis & seditiose impietate Apostata? sunt leges & Canones, si ullam tibi facio iniuriam, cur in ius me non uocas? Nunquid fugitiue Imperij fines relinquo, ut non possim sub Imperio uocari in ius? Potuissem quidem iam pridem apud externas Nationes inuenire honestam uiuendi & sustentandi hoc paruum & inualidum minimeque delicatum corpusculum, conditionem, non semel oblatam, ubi licuisset mihi, citra periculum, non uobis modo sed etiam ijs quos nequissime seduxistis, uerum dicere, & quid audire meriti estis publice pronuciare, Sed retinet me in finibus Germanie non modo

Ad leges &  
Canones  
prouocatio.

do dulcis amor patriæ, uerum etiam cura zelusque tot Milium animarum, quæ uestro scelere & immani impietate in æternum pereunt, Quibus libenter qualemcumque opem, quandocumque cum periculo meo, ferre uelim, si uocem meam exaudirent.

Dico igitur te, Muscule, hæreticum, etiam secundum Vere hæreticus Musculus. eam definitionem, quam tu ex Augustino mihi præscribis, Dico inquam te hæreticum, quod temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque tui gratia, falsas ac nouas opiniones uel gignis uel sequeris, Dic mihi Veterator scelestè, Quis Concionatorum inter Catholicos Augustinæ unquam tantum commodi uanæque gloriæ & principatus in negocijs tam publicis quam priuatis consecutus fuit, quantum tu per sceleratas hæreses, partim antiquas, partim nouas, consecutus es? Quis Concionatorum ante te tot Equitibus pompe Vuerdeam deductus fuit, sicut tu nuper deductus es? Vnde hæc tibi gloria? Vnde tanta in præclara & opulenta ciuitate potentia tibi homini Apostatæ & per scelera tantum nobili? Quis es ergo & qualis, ut etiam optimis ciuibus timori esse debeas?

Certe neque dignitate neque eruditione neque eloquentia (qualiscumque tibi sit) superas, ne æquas quidem, antiquum illum hæreticum, Paulum Samosatenum, Patriarcham olim Antiochenum, Superas autem eundem superbia (licet ille ualde superbus fuerit) malicia & impietate atque rebellionè. Nunquam ille sacerdotium & sacrificium nouæ legis negauit aut abrogauit blasphemauitue, sicut facis tu publice inuulgatis libris, Nec altaria diruit nec missas aboleuit, nec sanctos in cælo inuocari prohibuit, neque mortuis uiuorum preces & suffragia

Mus. Prior Paulo Samosateno.

De Hæreticis.

suffragia denegauit, nec Ro. Pontificem pro Antichristo, neq; Ro. Ecclesiam pro Babylonica meretrice habuit, nec alias contra Eucharistiam & alia Ecclesiæ sacramenta Cere moniasq; impietates innumeras, quibus tu à planta pedis ad uerticem usq; pollutus es, exercuisse dicitur.

Euseb. lib. 7  
c. 25.

In uno peccauit articulo, multum quidem impio & blas phæmo, unico tamen, De quo ita habetur in Concilij aduer sus eum epistola ( sicuti refert in historia Eusebius ) Nam cum ipse filium Dei negaret descendisse de cælo, sed à Ma ria cœpisse & initium habuisse de terra, Psalmi, qui in ipsū dicebantur, et quibus in populo laudabatur, Angelum eum dicebant descendisse de cælis, fuit autem adeo disertus ac subtilis ea de redispuator, ut multis Episcoporum aduers use eum habitis Concilijs Antiochiæ, uix tandem à Mal chione præbytero Antiochenæ Ecclesiæ ( qui disertissimus erat & potens in uerbo atq; in omni eruditione perfec tus, fidelissimusq; & omnibus uirtutibus adornatus ) acri disputatione, excipientibus notarijs, per confessiones pro prias conuictus est.

Ex paupere  
diues per sa  
crilegia.

Fuit quidem Paulo illi id tecum commune, quia quum prius egens fuerit & pauperimus, neq; ex parentum successione neq; quæstus ullam occasionem habuerit honestam, ad summas tamen diuitias peruenerit non aliunde nisi ex sa crilegijs. Non dico quidem ad summas te peruensse diuitias, ad tantas tamen per sacrilegam doctrinam tuam peruenisti, quantas, dum monachus esses, ne somniasti quidem. Sed & hoc tibi cum illo cōmune est, quia antiquis & iam de functis Tractatoribus insultas ( uerbi gratia S. Gregorio, Damasceno, Bonauenturæ ) & illis derogans, tuas laudes inuerecunde impudenterq; iactas, Rhetorem magis te gerens quàm Ecclesiæ doctorem.

Rebellio

Rebellionem uero illum longe superas. Ille enim à patriarchatu deiectus & excommunicatus, per rescriptum Imperatoris Aureliani de ecclesia et domo Episcopali manu publica pulsus est, Tu & sententia publica atque ex ipso facto iam pridem excommunicatus, Episcopum, Locum Ordinarium unam cum omni Clero Catholico, e domibus proprijs & urbis habitatione expellis plebem incitando curasti, & contra mandatum et uoluntatem Imperatoris nostri CAROLIV. permanes usque quaque rebellis & in damnata doctrina pertinax. Quomodo igitur pro hæretico te non habeam, qui tam magno & impio hæretico longe peior esse conuinceris? Ait de illo Augustinus, *Aug. de hæresib. c. 44.* quod in Concilio Niceno iussi fuerint rebaptizari Paulianistæ, *Quale baptismus Musæculi.* Quam ualidum sit baptismus tuum, quod in Ecclesie despectum sine Chrismate & oleo sancto alijsque Ceremonijs uel antiquissimis peragis, Deus nouit. De quo sane nihil temere pronuncio aut iudico. Mihi tamen persuadere non possum, in tanto Ecclesie despectu et contra eam pertinaci schismate, adesse gratiam & uirtutem spiritus sancti in remissionem peccatorum. Cumque sis tam immanis Catholice Ecclesie oppugnator et hostis, Inuerecundo tamen mendacio dicis te hostilem animum haud quaquam agnoscere, idque experiri ipsos aduersarios affirmas in istis locis ubi sunt uestris inferiores. At scriptum publicum Episcopi & Capituli Augustensis longe aliud narrat, & probare promittit amplius si opus sit, Ut igitur summam uno uerbo concludam, Hæretici sunt & infideles, quicumque Romanæ Ecclesie aduersantur in doctrina & fide, Hoc ex Ireneo supra probatum, ac post *Irenæus lib. 3. c. 3.* eum Concilijs generalibus legibusque Imperatorum confirmatum est. Cum his ergo ex postula, aut potius aduersari desine, si hæreticus esse nolis.

G Non

Non omnia quæ credimus in sacris  
**NON OMNIA QUÆ**  
credere & seruare debemus, In sacris literis ex-  
pressa esse. Cap. X.

Malicia  
Musculi.

Improba ca  
lumnia.

Gene. 4.

**H**ic improbissimum agis rabulam & Sycophantam, dum ex his uerbis elicis, me sentire, quod sacerdotiū & sacrificiū nostrū nō habeatur in scripturis, idq; centies & amplius mihi obijcis & inculcas, maliciose insultans, & incogitantia me arguens, quasi mihi ipsi contrarius fuerim, Vnde factum est, ut quidam ex eruditis, qui hoc scriptum tuum legit, & meum non legerat, scripserit ad me in hæc uerba. Eum (inquit) non ita impudentem esse puto, ut fingat, & affirmari quodammodo & negari à te, in sacris literis expressum esse, quod in Missa Christus offeratur. Quare postea per totam ferè disputationem te urget ea parte, quæ contra te & pro ipso facit. Hæc ille. Dic ergo nugator impudens, ubi nam negauerim sacerdotium sacrificiumque nostrum (quod Missaticum Papisticumq; ludibrios seuocas) in scripturis expressum esse, aut ex scripturis probari posse. Nonne fateris ipse, me ad probationem eius locos ex Euangelicis Apostolicisque literis adduxisse? Ostenditur, si potes, ubi dixerim, illud ex scripturis probari non posse. Ab hac enim calumnia possunt me liberare uerba illa, quæ in primo ad Bullingerum tuum libro scripsi, Quæ sane sic habent. Interim tamen in faciem tibi dictum uolo, me sic confidere in domino, ut per gratiam eius possim pro sacrificio Missæ multo plures in medium afferre scripturarum locos, quam tu aut ullus complicum tuorum possit ex scripturis probare, quod Tres in una simplicissima Deitatis essentia seu natura, debeant dici Tres personæ,

sonæ, potius quam Tres uiri. Et stipulatum iam uolo inter te & me, quod Denos sim (Deo bene aspirante ac iuuantem) ex scripturis locos pro sacrificio Missæ prolaturus, quoties tu singulos pro ista huius uocabuli personæ acceptatione ex Canonicis scripturis attuleris. Hæc ibi. Certe nunquam dixi aut scripsi, ne somniaui quidem, quod sacerdotium aut sacrificium nostrum non possit ex scripturis probari, aut quod in eis non sit fundatum aut expressum.

Quare ista tua insultatio, centies & sæpius repetita, nihil aliud est quam nequissima pariter & impudentissima Sycophantia & calumnia, dum sic ais. Vides iam optime lector, Cochlæum hoc non sentire modo, sed & palam scribere, sacerdotium hoc Papisticum & Missaticum non esse in sacris scripturis expressum. Hæc enim uerba in scriptis meis nusquam inuenies.

Sycophantia  
Musculi.

Euulgantur quidem nunc in Tribus Miscellaneorum libris meis permulti tractatus, quos diuersis temporibus locisque & ex uarijs occasionibus in religionis causa scripsi, sed non inuenies in eis septicipitem Cochlæum, sicut septicipitem uobis iam pridem exhibui Lutherum. Non enim meæ innitor prudentiæ, sed Ecclesiæ sensum ubique sequi & amplecti desydero, Ecclesia autem non est mobilis arundo, quæ in diuersas partes agitetur, sed est columna stabilis & basis firma ueritatis. Ideo & ego non argor in diuersa dogmata sibi inuicem contraria, sicut facitis uos uentosæ eloquentiæ cultores, qui auram sequimini popularem.

Cur non est  
septiceps  
Cochlæus  
sicut Luth.

At dicis mihi, Cur ergo scripserim, Non omnia, quæ  
G 2 credere



Non omnia quæ credimus in sacris

credere et seruare debemus, in sacris literis expressa esse, Nee decuisse dei sapientiam, omnia mysteria fidei nostræ publicare & omnibus hominibus nota facere in scripturis, quas Iudæi quoque & Pagani uidere poterant. Respondeo, feci hoc ad amplius & manifestius retundendâ confundendâque & reprobandam impietatem & erroneam sententiã uestrã, per quam ausi estis abolere Missas, reijcere quædam Ecclesiæ sacramenta, aliâque fidei nostræ mysteria & antiquissimos ritus, ueterumque pijs obseruationes ex hac quam prætenditis ratione, quod in scripturis sacris non reperiantur expressa. Ut igitur omittam hic impias Lutheri uoces & insultationes, quas in plerisque libris, præsertim in eo quem Latine de abroganda Missa priuata, & in eo quem Teuthonice contra falso dictum (ut ait) statum Ecclesiasticum scripsit, euomuit, ubi ait. Quod in scripturis non habetur, hoc plane Sathanę additamentum esse. Et scurriliter insultans dixit, Agite, prodite uiri Papenses, ostendite unum iota scripturæ de ministerio uestro. Tua ipsius uerba, quæ & tu ipse repetis, hic recensebo, sicut recitauimus prius ex Teuthonico tuo (quod tu alijs uerbis uertisti) fideliter. Petimus (inquis) ut sacerdotium suum defendant, non sane per patres, neque per Episcopalia Concilia, neque per longam consuetudinem. In quibus omnibus nullum est aut esse potest fundamentum in causa tanti momenti, sed per sanctas Biblicas scripturas. Si quas ergo habent, proferant: Sin minus, manifestum est utique, sacerdotium eorum merum esse & nihil, immo perniciosum figmentum humanum. Ad hac tua sic respondi, primum sane, quod sacerdotium nostrum ex scripturis quoque probari ac defendi potest, sicut factum est, cum à plerisque alijs hæresum uestrarum confutatoribus,

Insultationes Lutheri.

Insultationes Musculi

Cc iij.

Responsio Cochläi.

tum

tum à me ipso in non paucis aduersus Lutheri, impias insanias libellis, præsertim Teuthonicis, Contra quos nemo uestrum replicauit. Hæc Muscule uidisti, atq; etiam obijcere mihi ea non uereris, & tamen non erubescis dicere, qd palam scripserim, sacerdotium nostrum in sacris literis nō esse expressum, Cum non ignores, me tibi aliquot scripturæ locos de sacerdotio obiecisse.

Nec multo modestior est insultatio tua, qua nunc in Anticochlæo tuo illudis mihi, sic dicens, Respondeat Cochlæo hic, unde figmentum Missatici sacerdotij: Vnde ipsa Italica Missa: Vnde Transubstantiationis cōmentum: Vnde de quæstiosa Purgatorij ignis opinio: Vnde sacerdotum cœlibatus: Vnde Monachorum tam innumera & uaria hypocrisis: Vnde cultus simulachrorum, & inuocatio sanctorum mortuorum: & quæ alia sunt huiusmodi, à sacris scripturis aliena, in Ecclesiam Christi irrepsert.

Ego quidem ad hæc omnia respondi, tum in alijs plerisque que scriptis meis, quæ in Lutherum eiusq; Philippum ædidi, tum in ijs quæ in teipsum & in Bullingerum tuum atq; in Osandrum euulgauit anno superiore, Eaq; ex scripturis quoq; probaui & asserui. Attamen ad maiorem uestri confusionem, impiæq; insultationis repressionem, ex super abundanti adieci istam quoq; sententiam, Non omnia quæ credere & seruare debemus, in sacris literis expressa esse, Ideoq; multa recte credi etiam si non sint scripta. Et hanc sententiam probaui autoritate sanctorum patrum, Dionysij, Basilij Magni, et Augustini. Eorum tu dicta per sophisticas glossas eludere conaris, sed frustra, Apertiora enim sunt eorum uerba, quàm ut ullis rhetoricæ aut sophisticæ prestigijs obscurari aut eludi apud cordatos lectores queant. Ex Dionysio recitauit hæc uerba. Nefas est sacerdotem à ministris

Alia Muscule  
li insultatio.  
F. ij.

Dionysius  
in epistola ad  
Demophilum

Non omnia quæ credimus, in sacris

stris iudicari, etiam si impius in diuina esse uideatur, etiam siquid aliud ex ijs quæ interdicta sunt egisse depræhenditur, Nam si distinctiones ordinesque confundere, sacratissimas Dei functiones & iura transgredi est, omni profecto ratione caret, Dei causa peruertere traditum diuinitus ordinem, Ecce sacerdotem nominat & ministros, & eorum distinctiones ordinesque diuinitus traditos esse affirmat, eosque ordines confundere aut peruertere dicit hoc esse quod Dei functiones & iura transgredi. Quid tu ad ea respondisti, qui sacerdotum ordinem non solum confundis & peruertis, sed etiam in totum abnegas. Nec ualet elusio, si dicas, eum de alijs quàm de papisticis (ut uocas) loqui sacerdotibus, falsum est enim hoc tuum commentum, De ijs enim loquitur, qui in altari corpus & sanguinem Domini conficiunt, litantque & offerunt, sicut probatum est supra. De talibus autem & nos loquimur. Recitauit & alia quædam eiusdem Dionysij uerba, quæ non omnia sint scripta, nec omnibus propalanda esse passim mysteria. Quibus ex superabundanti et ista nunc adiicio. Necessario (inquit) primi illi nostri sacerdotalis muneris duces, uisibilibus signis caelestia sacramenta texerunt, uarietateque ac multitudine, quod unicum est & collectum, tradiderunt, partim scriptis, partim non scriptis institutionibus suis. Quid obsecro clarius dici potest de non scriptis Apostolorum institutionibus quàm hic dicit Dionysius? Verba autem Basilij sic habent. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac Vulgares aures effertur. Hæc est (inquit) ratio, cur quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem uulgo ueniret in contemptum. Hæc Basilij uerba tu eludere uolens, retorques ad ea quæ non in mysterijs sed in usu Ecclesiastico sunt, Ille autem ex præsse

Dionys. de  
Eccle. hierar.  
c. 3.  
De Eccle.  
hierar. c. 3.

Peruersa ex  
positio uer  
borum Ba  
silij.

expresse loquitur de mysterijs, & non de usu ( ut tu dicis ) sed de dogmatum cognitione. Et hic quoque creberrime obijcis mihi calumniote, quasi scripserim, Mysterium sacre communionis non esse in sacris scripturis expressum, Quod certe in scripto meo non habetur.

Quod autem de Augustini l. 18. & 119. Epistolis sic dicis, Dispeream, si quicquam reperiatur in eis quod ad propositum faciat, Improba profecto est impudentia, & affectata cæcitas. Clarissima enim sunt ibi Augustini contra tuas aliorumque nouitates impias uerba. Illa enim ( inquit ) que non scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs Concilijs quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atque statuta retineri. Et infra. Similiter etiam si quid horum tota die per orbem frequenter Ecclesia, Nam hoc, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissimæ insanix est. Et post pauca. Ipsa quippe multitudo ( inquit ) consuetudinis, etiam quæ adiuuat utilitate, nouitate perturbat, Quapropter quæ utilis non est perturbatione infructuosa consequenter noxia est. Item. Et licet quido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos, Nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ Ecclesie, quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quam exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruetur. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant, quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere,

Verba Au.  
pro Ecclesie  
authoritate.

Luth. contra  
Aug. in lib.  
de abrogan.  
missa uult, a  
non ieiunis  
accipiendū  
esse.

Et

Non omnia quæ credimus, in sacris

1. Cor. 12.

Et rursus post pauca, Statim subtexit Apostolus, Cætera autem cum uenero, ordinabo, unde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem in sinuaret, quem uniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morū diuersitate uariatur. Hæc omnia Aug. Ex quibus lector facile intelliget, quàm acriter uos nouatores repræhensurus esset Aug. si adhuc nobiscū uiueret, qui Missam aboleris, altaria diruitis, Chrisma reiicitis, & innumera alia abrogatis aut mutatis, quæ tota per orbem Ecclesia tot sæculis ubiq; obseruauit.

**Insolentissimæ Sectarū Insania.** Probe nosti Muscule, quod in Cōcilijs plenarijs de sacerdotio & sacrificio nostro creberrima est mentio & approbatio, Agnosce igitur hinc insolentissimam ( ut ait Aug. ) tuam insaniam, qui contra tot Concilia negare & abrogare illa præsumis. Aperte enim contra hæc Augustini dicta reiecisti auctoritatem patrum, Conciliorum & longę consuetudinis, ut solius scripturæ apud te ualeat auctoritas, Ita tamen, ut obiectæ tibi à nobis scripturæ non aliter à te recipiantur, nisi secundum sensum tuum, quem procaci temeritate secundum noua & falsa commenta tua pro libito effingis.

**Sacerdotiū & missa probantur & p scripturas & per Concilia & longum usum.** Vis autem, ut respondeam tibi, De quo nam genere credendorum & obseruandorum uelim haberi Missam sacerdotiumq; Papisticum, An de illis quæ sunt in scripturis expressa, an uero de illis quæ aut Concilijs aut consuetudini debentur. Respondeo igitur, te qui & missam & sacrificiū nostrum impte ac perfide negas, peccare contra hæc omnia, quia & in scripturis fundata sunt, & Conciliorum longęq; consuetudinis auctoritate confirmata. Non sunt ad inuicem contraria, scripturæ sacræ & Concilia Ecclesiæ que ritus & consuetudines, Quare non oportet, si unum  
ex ijs

ex his conueniat alicui rei, mox alia, uelut contraria tollantur ab eadem re.

Neque recte colligis ex hoc dicto meo, Non omnia fidei nostræ mysteria sunt in scripturis expressa, quod proinde missa & sacerdotium nostrum non sint in scripturis expressa. Dialectici enim facile te in hoc arguent, qui sciunt differentiam esse inter Nulla & Non omnia. Si dixissem, Nulla fidei nostræ mysteria habentur in scripturis, iam possis mihi de missa & sacerdotio tua obijcere commenta. At non dixi, Nulla, sed Non omnia. Id est, quædam non. Quære, si libet, ex pueris, Dialecticæ studiosis, qui scient tibi dicere, quod Omnia & Nulla sunt signa uniuersalia, At Non omnia, & quædam non, sunt signa particularia. Audisti autem iam supra ex Augustino, quod longū fuisset aut multum, totum agendi ordinem, quem circa Eucharistiā tota per orbem Ecclesia seruat, Paulum in epistola exprimere, Ideo dixisse eum, Cætera cum ueneno disponam.

Non sunt igitur omnia scripturis expressa quæ aguntur in Missa, Nos certe firmiter credimus, per uerba consecrationis, quando à sacerdote recta consecrandi intentione proferuntur, uere confici corpus & sanguinem domini, & substantiam panis uiniq; conuerti in corpus & sanguinem Christi, etiamsi scriptura id expresse non dicat, Tu uero huius fidei Christianæ abnegator, & Transsubstantiationē istā & concomitantiam aliaq; non modica fidei mysteria per se de negas & impugnas, ex hac una ratione, quod nō habent in scripturis expressa. Certe uix dum hora una abiit, ut literas recepi à pio quodam Theologo. In quibus conquerit te inter alia nefanda concionum tuarum (quibus Vuerdeæ nunc populum in fide subuertis,) dogmata prædicasse scilicet diebus, Misere seductum hactenus fuisse populum Dei

H à sa

Differunt hæc, Non omnia & nulla.

Non omnia quæ in Missa aguntur scripturis expressa sunt.

Noua impietas Musculi contra uerba consecrationis.

De quibusdam fidei articulis non expresse

à sacrificulis in hoc, quod contra genuinū (ut ais) scripturę sensum, perfricta fronte docuerint, sub specie panis uerum Christi corpus latere. Cuius rationem ita subiūxeris, Si cū uerba illa à sacerdote prolata, tantā uirtutē & efficaciam haberent, ut panem in uerū Christi corpus mutarent, necessario sequeretur, ut uerba illa consecrationis, parieti affixa aut inscripta, similiter corpus domini in eo efficerent. O inuictam noui Theologi rationem, quod sacerdos consecrans non maiorem habeat potestatem ad consecrandum quam paries. Quis antea tantam audiuit sapientiam? Concilium Nicenum (quod omnium sacratissimum habetur) statuit ne minister Eucharistię porrigat presbytero aut Episcopo, eo quod consecrandi et offerendi potestatem non habet minister, sicut presbyter habet aut Episcopus, Contra hoc Concilij decretum, tu nunc post M. C. annos prorepis, & docere non uereris, sacerdotem non plus habere potestatis ad consecrandū quam habet paries. Addit Theologus ille & aliud tuum dogma, nuper in concione prolatum esse, Nempe iuniores uiduas, si non nubant rursus, liberisq; procreandis operam dent, quouis scorto deteriores esse. Addit deniq; uno ore affirmare omnes, te breui *ἡμολομάχορ* futurum esse, ut omnes Christi & sanctorum eius imagines ē templis Vverdæe deturbaturus sis, sicut Augustæ iam pridem deturbatæ sunt. Sed hæc est hora tua & potestas tenebrarum, quam tibi Deus propter peccata tum Cleri tum populi permittit.

Concilium  
Nicen c. 14.

Aliud dogma  
nouum  
& falsum.

NON OMNES FIDEI CHRISTIANA  
articulos in sacris literis expressos esse.

Cap. XI.

Hic rursus insultas mihi, ut respondeam, quare Aug. tribuerim, quod ille nunc scripsit. Ais enim eum non decre-

de credendis sed de seruandis duntaxat, quæ in scripturis tradita non sunt, in epistola supra allegata scripsisse. Et inde concludis, me errare in hoc, quod dico, non esse omnia in scripturis expressa quæ credere debemus. Respondeo igitur ad hæc breuiter, Primum, quod Augustinus loquitur ibi etiã de corpore Christi in uenerabili sacramẽto, quod utiq; inter credenda ponitur, licet tu iam illud non amplius credas, sed pro figmẽto habeas, tũ consecrandi potestatem, tum transsubstantiationem, Verba sane Augu. sic habet. Ex hoc em̃ placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, in os Christiani prius dominicũ corpus intraret quã exteri cibi. Nos igitur Catholici credimus, in hoc sacramento dari in os Christiani, non panem aut substantiam panis, sed uerũ & substantiale corpus domini sub specie panis.

Aug. nõ de seruandis solũ sed etiam de credendis loquitur.

Vos autem tum Lutherani tum Zuingliani, qui negatis conuersionẽ panis in corpus domini, longe aliter docetis & creditis. In tanta sane opinionum diuersitate, ut prolixis ac multis libris hac de re contenderitis ad inuicem. Alia est enim opinio Lutheri, alia Zuinglij, alij Oecolampadij, alia Buceri, alia aliorum uarie inter sese digladiantium Suesmerorum.

Varie sectarum opiniones contra transsubstantiationem.

Tu uero Musculeusq; adeo uariu es, dum de hoc sacramento scribis aut prædicas, ut non minus possis lectori septiceps uideri, quam multis de rebus septiceps ostẽsus est iam olim à me Lutherus. Quemadmodum in appendice meae priori, ex proprijs uerbis tuis declarauĩ. In commentarijs enim super Matthæum dixisti sic, CHRISTVS dixit. Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Dicat ergo Christianus, Domini sui uerba secutus, Non panem accipio, non uinum bibo, sed corpus CHRISTI sumo, & sanguine Christi recreor. Quid enim aliud de men-

Musculi uarietates contra se inuicẽ.



De quibusdam fidei articulis non expresse

sa domini acciperem, quam quod ipse Conuiuator Christus conuiujs suis dare se dixit. Corpus suum dedit, non panem: Sanguinem dedit, non uinum. Ab hac autem sententia tua longe distant & dissonant, quæ hisce diebus Vuerdeæ prædicasti. Atq; etiam in hoc tuo Anticochlæo longe alia profundis uerba. Nam ad hæc à me allegata Gregorij & Bernardi uerba, O ueneranda sacerdotum dignitas, in quorum manibus, uelut in utero uirginis, filius Dei incarnatur &c. Tu sic ais, Formatur quidem Christus quotidie, at nec ex pane, nec in pane, nec manibus uestris, sed in cordibus credentium, idq; per Euangelicæ doctrinæ parturitionē. Et infra pro nugis & ineptijs habes, quod dixi, Christum, quando dixit, Hoc est corpus meum, locutum fuisse non de pane, se de substantia illa, in quam panis substantia liter conuersus est.

F. 4.

K. 3.

Varia de  
prauatio  
uerborum  
Christi.

Gen. 4.  
Iaco. 1.

Fraus Buce  
ri.

Et ais Dominum de pane & poculo neutraliter locutum esse. Ideoq; & textum Euangelij, corrupens ais, Hoc est sanguis meus, cum textus dicat, Hic est sanguis meus. Et uerba Christi, Hoc est corpus meum haud uno modo deprauas. Nunc enim sic exponis, Hic panis est corpus meum, nunc sic, In hoc pane, nunc sic, Cum hoc pane est corpus meum. Vagus es igitur & instabilis, ut Cain, iuxta illud Iacobij Apostoli, Vir duplex animo inconstans est in omnibus ujs suis. Nos autem iuxta Augustini fidem credimus dari in os Christiani corpus Domini, tu panem dicis, Christum autem ais formari non ex pane aut in pane, sed in cordibus hominum.

Et hæc est fraus, qua Bucerus Augustæ in comitijs Imperialibus uolebat circumuenire præceptorem sum D. Miscnaelem Vehepium & eximie doctum Theologum, cum diceret, In Sacramento uere sumi corpus Domini, sed intelligebat

et intelligebat hoc, non substantialiter sumi in os, sed per fidem in corde. Erat enim Zuinglianus tunc. Et hæc ad Aug. epistolam dicta sint.

Quod autem dicis me errare in hoc, quod dixi, Non esse omnia, quæ credere debemus, in scripturis expressa, facis more tuo, qui ab errore semel concepto, desistere nescis, per ingenij confidentiam, philautiamque tibi ipsi nimium placens.

Obijcis mihi uerba Augustini contra Petilianum, sed is non dicit, sicut tu, quod nihil recipiendum sit aut credendum, quod non sit in scripturis expressum, hoc est, de uerbo ad uerbum in scripturis positum, Nam & ipse Trinitatem personarum credidit utique, licet aperte dixerit, in scripturis Tres personas nusquam dici. Credidit item sacerdotium & sacrificium nouæ legis, sanctorum in cælis inuocationem & intercessionem, panis & uini in Eucharistia substantialem conuersionem, Purgatorium & id genus complura, Quæ uos impia Gigantomachia impugnat & rejicitis, eo quod de uerbo ad uerbum non sunt clare in scripturis expressa. Nos quidem credimus, omnia quæ credere debemus, in scripturis habere radicem & fundamentum, ut ex eis probari possint, Negamus tamen omnia expressis uerbis in scripturis esse posita aut explicata. Nos enim omnia, quæ uos impie arrogatis & rejicitis, ex scripturis contra insanias uestras asserimus & probamus, licet de uerbo ad uerbum expressa esse omnia illa ostendere non possimus.

Dic quæso Muscule, Quare sancti patres in Concilio Niceno tam multos posuerint articulos, quos credere debemus, si iam antea erant in scripturis omnes expressi? Non ne rectius dixissent, in hac uel illa scriptura expresse habetur

H 3 de Chris

Aug. contra  
Musculum  
sentit cū Ec-  
clesia.

Non om-  
nia in scri-  
pturis expre-  
ssa.

Multi arti-  
culi fidei in  
Symbolis.

De quibusdam fidei articulis non expresse

de Christo, quod genitus sit, non factus, patri consubstantialis. Sic & Athanasij symbolum superfluum esset, si omnes eius articuli essent in scripturis expressi, plus enim auctoritatis haberet scriptura diuina quam Athanasius. Quoniam uero in scripturis hæc uerba nusquam habentur (fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate ueneremur, Non confundentes personas, neque substantiam seperantes, Alia est enim persona patris, alia filij &c.) nequaquam superflua dici debent in symbolo Athanasij. Ideo hæreticus est, qui ea negat quia ab Ecclesia per spiritum sanctum approbata sunt.

Math. 18.  
2. Cor. 10.

Non erro igitur Muscule, dum dico, non omnia quæ credere debemus in scripturis sacris expressa esse. Contra uero erratis uos hæretici, qui Ecclesiam audire non uultis, quam audire iubet Christus, Nec religiose captiuum uultis habere intellectum uestrum in obsequium Christi & fidei, sicut admonet Apostolus, sed uestræ innitentes prudentiæ, sensum uestrum erroneum dicitis rectum, & Ecclesiam (quam columnam & basim ueritatis uocat Apostolus) tot sæculis errasse & à Papistis misere seductam esse pronunciatis, contra spiritum ueritatis, qui à Christo ei datus est, ut cum ea maneat in æternum, doceatq; eam omnem ueritatē.

Vnde quæ  
rēdus est ue  
rus scriptu  
ræ sensus.  
Deut. 17.  
Deut. 32.

Iob. 8.

Nos scripturæ sensus accipimus, non ex cerebro nostro superba præsumptione, sicut uos facitis, sed ex sanctorū patrum aut Conciliorum aut summi Pontificis declaratione, ubicumque dubium aut obscurum aliquid inciderit, sicut diuina iubet Authoritas, dicens. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus &c. Item. Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi; Maiores tuos, & dicent tibi. Item. Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga

inuestiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram.

Tu sacerdotium sacrificiumque nostrum potissime ex Epistola ad Hebræos male intellecta oppugnas, At eam patres nostri antiqui legerunt utique & rectius intellexerunt per spiritum ueritatis, quàm uos perfidi & incestuosi se uxorati Monachi per superbiæ spiritum unquam intelligere potestis, Illi autem, ea epistola non obstante, sacerdotium sacrificiumque Missæ semper asseruerunt ac religiose in usu & honore habuerunt, Tu capitosa pertinacia Missam reijcis, propter illud huius epistolæ uerbum, Christus semel oblatus est, & una oblatione consummasuit in sempiternum sanctificatos.

Epistola ad  
Hebræos à  
Musculo ma  
le intellecta.

Quemadmodum Arrius pertinaciter Catholicis obiebat illud uerbum Christi, Pater enim maior me est, si maior, ergo non æqualis, neque consubstantialis &c. Sicut igitur ille iure condemnatus est à patribus, quia pertinaciter erroneo innitebatur sensui suo, Ita & tu tuique complices iure pro hæreticis habemini, quia proterue ac pertinaciter uestro insistitis sensui erroneo, totius Ecclesiæ sensum & expositionem ueram, quam à spiritu ueritatis accepit, superbe contemnes atq; etiam impia Gisantomachia impugnant. Catholici autem & obædientes Ecclesiæ filij non sic proprię innituntur prudentiæ (hoc enim prohibet diuina scriptura) sed in captiuitatē redigunt intellectum suum, in obsequium fidei, quam tenet ac docet Ecclesia, ne uideantur altū sapere, aut sapere plusq; oportet.

Heb. 9. & 10  
Pertinacia in  
sensu pro  
prio.  
Ioh. 14.

Prouer. 3.  
Ro. 11. & 12.

Nimis igitur superbe pteruis cōtra Ecclesiā pererroneum illius Epistolę intellectū, Quemadmodū et Nouatiani fecerunt, qui Baptizatis pœnitentiā post lapsum denegabāt,

Error No  
uatianorum  
de pœnitenti  
a.

Eo

### De quibusdam fidei articulis non expresse

Es q̄ scriptum est in eadem epistola, cap. vi. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum celeste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesq; sæculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei & ostentus habentes, Et cap. X. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quædam expectatio iudicij &c. Certe in his uerbis longe apertius loqui uidetur hæc epistola contra pœnitentiam post acceptum baptisma, quam loquitur apostolus contra sacerdotium & sacrificium Ecclesie, quod uos scelerato furore contra tot sæculorum usum fidemq; reijcitis.

Lutheri iudicium de epistola ad Hebræos. atq; etiam iudæ epistolam Apocalypsimus Iohannis, à cæteris noui Testamenti libris & epistolis temeraria censura seperauit, Et istam, non solum Pauli aut ullius Apostoli esse senegauit, sed etiam durum ei nodum contra pœnitentiam tribuit, qui sit contra omne Euangelium & contra omnes Pauli epistolas. Hæc recito Muscule, non ut approbem (absit) sed ut insanie proteruitæ & superbie tuæ obijciam.

### DE TRINITATE PERSONARUM IN UNA ÆTERNÆ DEITATIS ESSENTIA. Ca. XII.

Respondere per conuicia **H**ic cum neq; Bullinger neq; tu ad obiecta mea, contra falsitatis uestre fundamentum, per ulla sophisticæ aut rhetoricæ argutias respondere possitis, ad conuicia declinatis & ad calumnias, Ille enim sic ait, Quis demonum impura illa uerba in os tuum impurissimum inferuit, scripsit puram

pturam nuspia dicere Tres personas aut unam essentiam? Cui in replicando sic respondi. Ego autem neq; solus neq; primus hæc uerba protuli, sed ultra Mille annos à S. Augustino prolata fuerunt & repetitis quidem uicibus. Et hoc in Replica clarissimis Augustini uerbis prolixè declarauit, qui alioqui breuis esse desydero.

Quamuis uero tu dicas, ijs qui illius contra me responsum legerunt, manifestum esse, quam dextre, inuicte ac seuerè, ad hanc præsertim temeritatem meam ille responderit, Ego tamen apud æquos iudices in Replica mea sic repulsam esse spero illius responsionem, ut neq; ille nec ullus uestrum possit satisfacere uerbis Augustini quæ uobis in Replica illa obieci. Si non credis Muscule, attenda saltem, ad ea ex scripturis respondere, ut uideamus, quam dextre & inuicte sit Bullingori tui responsio. De conuicijs enim uestris nihil curo, dic esse ineptias, dic esse saluias, aut spumas, dic esse summam impudentiam, ut dicis, Non per hæc soluisisti neque rationes ex Augustino uobis obiectas, neq; redargutiones meas, quibus paralogismum deceptionis uestræ in os uestrum retorsi. Non opus est igitur, ut hic nouis aduersum terationibus utar, quia priores, quas obieci, nondum soluisti nec soluere potestis.

Primum itaq; commemorabo ea, quæ hac dere tibi obieci, ad quæ neq; dextre neq; inuicte respondisti. Etenim contra tuum paralogismum, quo contra sacerdotium nostrum inuehebaris, consimili paralogismo sic tibi occurri. Peto inquam à te Muscule, ut Trinitatem personarum in una Dei simplicissima essentia defendas, non per patres, neq; per Concilia, nec per longam consuetudinem, sed per sanctas Bibli-

cas scripturas (tuis utor uerbis) Si quas ergo habes, profer, & ostende ubi scriptum sit, Tres personas unius esse essen-

I

tia

Falsa iactantia de inuicte.

Retorsio paralogismi in os Musculi.

## De Trinitate Personarum

tia & æqualis potentia. Si non proferes nec proferre potes, teipsum facis Arrianum, immo plusquam Arrianum, si hunc articulum dixeris merum & nihili atq; etiam perniciosum figmentum hominum. Quid tu ad hæc respondisti? quas scripturas de tribus personis unius essentia protulisti? profer adhuc si potes. Nunquid satis est dicere, hæc esse saluas aut summam impudentiam? At hæc conuicia non soluunt argumentum. Scripturas profer, & ex scripturis redde de his rationem, si potes: si non potes, ut certe nunquam poteris, uictum te fatearis oportet, & confitearis mecum, non omnia in scripturis expressa esse.

Quæstio de uocabulis trium personarum.

Deinde sic argui. Si dixeris forte, De uocabulo personæ non esse disputandum, ubi de re conuenit. Neque hanc ex scripturis poteris probare euasione. Nunquid uero æquanimitè ferant aures Christianorum, si quis uos tres, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, dicat tres Chimeras, sicut impie dixit ætate nostra Seruetus? An ignoras quam anxie admiserit Sanctus Hieronymus eos dici tres Hypostasas? Neq; admissurus fuisset, nisi Roma. Pont. responso autoritateq; confirmatus. Quia timebat uenenum in literis & syllabis huiuslatere uocabuli. Neq; ignoras, personas apud Grammaticos & Poetas Rhetoresque plerunq; accipi pro laruis, & Personatos pro laruatis seu larua tectis. Quis aut ferat, super benedictam & ineffabilem Trinitatem (quam nos credimus) dici tres Laruas? Qua igitur scriptura probabis, Tres illos, potius Tres personas quam Tres Laruas (parcat & ignoscat mihi diuina Maiestas) esse dicendos? Hæc ibi.

Ad ea tu Muscule non nihil respondisti, sed non est responsus

Sponsum tuum conueniens, ita ut prudentius ad hæc, sicut ad superiora tacuisses omnino ac dissimulando præterijisses. Quanquam & hic multa præterijisti. Nullam enim ex scripturis rationem protulisti, Cur ij Tres, Pater & Filius & Spiritus sanctus, dici debent potius tres personæ quam tres Laruæ, aut quam tres Chimæræ, sicut Seruetus impie dixit. Nec ullam adduxisti scripturam, per quam debeant ij Tres, dici tres Hypostases, sicut Græci dicunt, Nonne uero hæreticus hodie censeretur esse, qui negaret tres Hypostases? Et cum Hypostases in scripturis non dicantur, hinc quoque agnoscere debes, quod nō omnia, quæ credere debemus, in scripturis expressa sunt. Nunc uideamus, quale tuum sit ad istam rationem meam responsum.

Vocabulum (Inquis) hoc, persona, non ita necessarium est ad fidem Christianam, ut sine illo nequeas esse Christianus, Cum illud primi Christiani ignorauerint. At dic mihi Muscule, ubi nam habeatur in scripturis hoc tuum responsum. Quis tibi dixit, primos Christianos hoc ignorasse uocabulum? At ego illud tibi monstraueram in Dionysio Areopagita, qui utiq; inter primos Christianos fuit, de facie notus non solum Apostolis Petro Paulo & Johanni, uerum etiam Beatissimæ Dei genitrici **MARIE** in cuius obitu præsens cum Petro & alijs discipulis Domini fuit, uti refert ipsemet in libro de Diuinis nominibus. Qualis ergo foret Christianus, qui ignoraret aut confiteri nollet Tres personas?

Tu igitur, qui de personis iniuste me reprehendis, iure ac merito pro nō Christiano haberi debes, quia dicis, quod

1 2 coram

Falsa respō  
sio Musculi.

De diui no.  
cap. 3.

Musculus  
nollet dicere  
tres psonas  
corā Ethni.



## De Trinitate Personarum

coram Ethnicis nolles Patrem & Filium & Spiritum sanctum dicere Tres personas, ne uidereris, Tres dicere Deos: Falsum sane est, quod ais, primos Christianos, Apostolorum temporibus, ignorasse uocabulum personæ, Conuici enim hoc mendacium ex Dionysij testimonio, Nec tu potes indicare, quisnam primus hoc in Christianismum uocabulum post Apostolorum tempora inuexerit.

Conuicta  
Musculi pro  
cacitas.

Est igitur & de diuinis nominibus uocabulisq; non de rebus tantū, sicut tu dicis habenda ratio, ne temere tribuantur aut negentur. Personas Tres confessa est Ecclesia semper, Tres laruas nunquam, Tres hypostasies non semper cōfessam fuisse puto. Id quod Hieronymi ad Damasum epistola innuere uidetur. Non euades igitur, si dicas, De uocabulis non est curandum, si de rebus ipsis conueniat. Nam et de uocabulis tantarum rerum utiq; curandum est. Cum igitur non ex scripturis, sed ex Ecclesiæ autoritate habeamus hoc, quod pie & recte dicimus Tres personas, nequaquam autem pie aut recte Tres laruas, etiamsi apud Grammaticos persona pro larua capi possit, Conuici per hoc utiq; procacitatem tuam, qua nostrum sacerdotium sacrificiumq; impie reijcis, propterea quod in scripturis ea haberi non dicis. Hoc quidem falso dicis, Attamen etiamsi uere diceres, non tamē liceret tibi, sic ea reijcere, quæ tot sæculis tota confessa & in perpetuo usu habuit Ecclesia, Alioqui eadem ratione posses reijcere Trinitatem personarum aut Tres hypostasies. Si dicas, res harum uocum in scripturis reperiri, Ego uicissim dico tibi, res quoq; sacerdotij & sacrificij nostri in scripturis fundari & haberi, sicut non semel à plerisque tum antiquis tum modernis probatum est Ecclesiæ Doctoribus. De quibus & ego tibi Bullingeroq; & aliis plerisque scripturæ locos obieci.

Inter

Interrogavi præterea te, Quam nam ex scripturis rationem afferre queas, quod si tres, Pater & filius, & spiritus sanctus, rectius dicuntur, Tres Personæ quam tres uiri: Cum tamen pater, atque etiam filius, in scripturis non semel sed sæpe uir, nunquam uero persona dicatur. Quid ad hæc respondisti Muscule? Responde adhuc, si potes, qui uerbosissime nugaris in alijs quæ ad rem non faciunt.

Alia quæstio insoluta.

Cumque dicas Bullingerum dextre inuicte & seuerè mihi super his respondisse, recensebo hic, ut tibi quoque ea proponam, quæ in Replica mea illi (quem inuictum dicis) uicissim obieci, Responde ergo tu, si forte illi respondere detrectet. Obieci sane ex Augustino hac de re quædam lectu & consideratu non indigna, Quæ uos ex scripturis nunquam dissoluere poteritis.

Prima sane quæstio hæc est, Quia pater persona, & filius persona, et spiritus sanctus, persona, ideo tres personæ, Cur non etiam Tres dii, quia pater Deus & filius deus & spiritus sanctus, Deus? Hic cito (scio) prorumpes, & dices, scriptura uetat plures Deos, non autem plures personas, dicere. Sed nondum finis est quæstionis, Aug. enim mox ita subiungit, Aut quoniam propter ineffabilem coniunctionem hæc tria simul unus Deus, Cur non etiam una persona? Quam tu hic scripturam quæstioni huic oppones Muscule? Contra tres Deos, scio, scriptura dicit, Audi Israel. Dominus Deus tuus Deus unus est. At nusquam dicit scriptura, Audi Israel, Dominus Deus tuus Tres personæ sunt, non persona una. Responde ergo ex scripturis hac de re si potes.

Aug. de Trinitate, lib. 7. c. 4.

Deut. 6.

Secunda quæstio hæc est, Cur ergo & tres Essentias non licet dicere, Quod similiter scriptura, sicut non dicit, ita nec contradicit? Nam essentia, si speciale nomen est, commune tribus, Cur non dicantur Tres essentiæ, sicut Abraham Isaac

Non dicitur mus Tres essentias, sicut Tres personas.

I 3 & la

## De Trinitate Personarum

& Iacob tres homines: Quam huc afferes Muscule scripturam, quæ causam nobis dicat, Cur non tres Essentias, sicut tres Personas dicere debemus, Cum Essentiæ nomen eque bene commune sit tribus illis sicut nomen personæ?

Cur non dicuntur una persona, sicut una essentia, Tertia sic habet. Aut si propter unitatem Trinitatis, non dicuntur tres Essentiæ sed una essentia, Cur non propter eandem unitatem non dicuntur tres Hypostases uel tres Personæ, sed una Hypostasis & una persona? Vestra profecta conuicia, non satisfacient his quæstionibus, Opus enim est rationibus & scripturis, In quibus uos confiditis, qui Ecclesiæ authoritati nihil desertis, Nihil ad rem facit, si dicas me ineptum aut impudentem, scripturam potius affer que huic alijsque hac de re quæstionibus satisfaciat, Aut confitere mecum, non omnia fidei nostræ mysteria in scripturis expressa esse, Quod hæcenus pro impio habes impius ipse paradoxo.

Ad reliqua libri tui, quæ in me contumeliose, & in Ecclesiam impie, per longas gentium sensus scripturarum deprauationes, & per improbas calumnias ac scurrilia scommata uerbosissime deblateras Muscule, respondere ac tempus incassum perdere non libet. Malo enim tibi permittere, ut glorieris & insultes mihi tanquam uicto, quam ad singula blateramenta tua, sine spe conuersionis uel tuæ uel eorum qui à te seducti sunt, respondere.

Generalis responsio ad omnes Musculi Cauillationes. 2. Pet. 3. Ad omnia sane, quæ contra sacerdotium & sacrificium nouæ legis (de quibus tibi respondi) ex Pauli epistolis adducis, & in reprobum sensum peruersa expositione contorques, sufficit mihi generaliter ista responsio, quam dat Petrus Apostolus in Canonica sua epistola secunda. Nempe quod in ijs sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam

suam ipsorum perditionem. Ad reliqua, quæ proterue ac contumaciter contra Ecclesiæ autoritatem ritumque & ordinem atque fidem depromis, sufficere possunt ac debent unicuique uero Christiano, Duo uerba summæ Matth. 18. 1. Timo. 3. autoritatis, quorum alterum est ipsius Domini, alterum Apostoli eius Pauli, Dominus ait. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Paulus uero ait. Ecclesia Dei uiui columna est & firmamentum ueritatis. In qua nos Catholicos stabilire & seruare dignetur spiritus ueritatis, qui à patre filioque procedit, In sæcula benedictus Amen.

## EPILOGVS.

**H**Abes iam Repliam Muscule breuem, eam quoque Replica. ordinate in XII. Capitula distinctam, contra ea quæ tu prolixè & confusè respondisti ad dimidium libelli mei. Poterit mihi (bene spero) apud eruditos sufficere, eiusque satisfacere hæc Replica, pro totius contentionis nostræ argumento, quod inter nos est principale, nempe de sacerdotio & sacrificio Nouæ legis.

Vtrumq; asserui (Deo bene iuuante immo ipsomet per me afferente) per omnia probationum genera, per scripturas, Omnia probationum genera. per sanctos patres etiam antiquissimos, per Generalia Concilia (inter quæ Nicenum uelut omnium sacratissimum manifeste discernit inter Diaconem & presbyterum in eo, quod Nice. Concil. c. 14. hic offerendi potestatem habet, ille autem non habet) per leges & Canones, per historias, per Chronographos, per longissimam totius Ecclesiæ præscriptionem, usumq; perpetuum et confessionem publicam. Deberet autem ueris Christianis merito sufficere uel unum et minimum huiusmodi probationum genus, cum ab ineunte uiderint ætate usum utriusque

que

Epilogus.

que in Ecclesia semper. Non enim potest dari ullum sæculum, aut ullus annus, ne mensis quidem aut dies, In quo nõ fuerint in Ecclesia sacerdotes et sacrificia in M. D. annis.

Iniusta abrogatio.

Quæ uos noui Theologi propria temeritate abrogatis per unum hoc fraudis & falsitatis uestræ fundamentum, quod non sint in scripturis expressa, Ego autem etiam si per scripturas probaui utrumq; addidi tamen ex abundantia, Ea à uobis abrogari non debere, etiam si ne lora quidem de ijs in scripturis reperiretur, eo quod non omnia, quæ credere et seruare debemus, sunt in scripturis expressa, iubet enim Christus audire Ecclesiam, iubet Paulus tenere traditiones quas didicimus siue per sermonem siue per epistolam, Testatur Dionysius Apostolos cælestia nobis tradidisse sacramenta, uisibilibus connecta signis, partim scriptis, partim nõ scriptis institutionibus suis, Idem affirmant & reliqui post eum Ecclesiæ Doctores, Basilus, Chrysostomus, Augustinus & id genus alij, qui absq; impudentia negari aut reijci non possunt.

Matth. 18.  
2. Theff. 2.  
Dionys. Eccl.  
cle. Ierarch.  
c. 1.

Tertull. de  
traditionibus  
non scriptis.

Delictum contra  
obseruationem.

Quoniam uero uos non raro nobis obijcitis quædam dicta Tertulliani, non fuerit iniquum, ut uobis quoq; uicissim à nobis obijciatur idem author. Is igitur in plærifq; locis nobiscum sentit, quod non sunt reijciendæ sed firmiter tenendæ traditiones non scriptæ, quas confirmauit consuetudo. Etenim in libello de corona militis, per multa commemorat, quæ tradita & non scripta obseruamus, & reprobat eos qui non obseruant. Porro (inquit) cum quæritur, cur quid obseruetur, obseruari interim constat. Ergo nec nullum, nec incertum uideri potest delictum, Quoniam committitur in obseruationem, suo iam nomine uindicandam, & satis autoratam consensus patrocinio, Inter alia uero multa, quæ obseruantur, connumerat etiam oblationes

nes

nes pro defunctis & pro natalicijis, quas annua die facimus. Eas uos noui Christiani nunc obseruari prohibetis, contra tot sæculorum consuetudinem. Audite igitur antiqui huius authoris, contra hanc arrogantiam uestram, usque adeo impiam & iniustam, apertam sententiam. His igitur exemplis (inquit) renunciatum erit, posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste probatę tunc traditionis ex persecrantia obseruationis.

Contra eam uero superbiam & imphitatę uestram, qua sic inflati estis aduersus Ecclesiam per scripturę auctoritatem et pretextum, idem author pmulta grauiter et copiose differit in libro de præscriptionibus hæreticorum. Vbi sic ait, Nouis si me ignorare melius est, ne quod non debeas, noris, fides, inquit, tua te saluum fecit, non exercitatio scripturarum. Fides in regula posita est, habet legem & salutem de obseruatione legis, Exercitatio autem in curiositate consistit, habens gloriam solam de peritię studio. Cedat curiositas fidei, Cedat gloria salutı. Certe aut non obstrepāt, aut quiescant aduersus regulam. Nihil scire, omnia scire est. Hęc & id genus multa contra uos & quoslibet alios hæreticos tam uasne quam impie de scripturis contra Ecclesię traditiones & fidei regulam antiquam per nouas adinventiones suas superbientes, & contentionum cristas erigentes Tertullianus, Qui & aperte ita concludit. Ergo non ad scripturas prouocandum est, nec in his constituendū certamen, Quibus aut nulla aut incerta uictoria est, aut parum certa. Hanc sane Tertulliani sententiam in facto probant hodie tot dissensiones, quas inter uos sectarum duces exortas & quotidie adhuc exorientes, per diuersas ex scripturis interpretationes (Ecclesię auctoritate & sensu antiquo temere impieque

Inflati cōtra  
Ecclesię aucto-  
ritatem.

Conclusio  
cōtra super-  
bientes de  
scripturis.

K Spreis

Epilogus.

Luth. li. i. cōtra Zuinglium. spretis) uideamus. A deo, ut princeps omnium factionum uestrarum, Lutherus, de huiusmodi dissensionibus uestris conquerens, dixerit aperte, Non per scripturas tandem, sed per Concilium determinari posse hasce dissensiones, quia Mille artifex Diabolus per scripturarum uarias allegationes, dum unum contentionis foramen obstrueretur, Decem alia mox effoderet aut aperiret. Hæc autem dixit, non in Eckium aut Cochlaeum, sed in Zuinglium & Oecolampadium scribens, quod te Muscule, ignorare non puto.

Antibole Bullingeri. Hæc dum sic concludere uellem, & per hæc diuturnæ contentionis funem abrumpere, insperato recepi Antibolen Bullingeri tui, quæ ipsemet per ignotum quendam tradi mihi curauit, Quæ cum eiusdem sit farinae, cuius est tuus in me Antiochlaeus, breui recapitulatione dictorum facile simul confutari potest, ut uno hoc labore satisfacam utrique, non uestro quidem iudicio (qui per philautiam uos inuictos existimatis) sed æquilectoris cognitione & arbitrio.

Recapitulatio. Etenim abrogastis ambo in Ecclesijs, seu uerius in Conuenticulis uestris sacerdotium, et sacrificium, simul cum altaribus & alijs omnibus ad sacrificia in Ecclesia Catholica pertinentibus. Cumque scripturis et rationibus conuicerim, illa in Ecclesia Christi semper fuisse, ad noua confugitis figmenta dicentes in ueteri Ecclesia dictos fuisse alia ratione tum sacerdotes tum sacrificia, quam dicuntur a nobis. Id autem per nullas scripturas, neque per ullos patres probare potestis. Ego autem ex scripturis patribusque antiquissimis, atque etiam ex rerum euidentia, contrarium ostendi. Ex scripturis inquam obieci uobis, istud uerbum saluatoris, Si offers munus tuum ad altare. Et istud Apostoli ad Hebræos habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Hæc uos confictis glossis ad uetus testamentum refertis, contra manifestum uerbum

Eualionum  
figmenta.  
Matth. 5.  
Heb. 13.

uorborum sensum, Christus enim hanc Euangelicam doctrinam non pro incredulis Iudæis (qui noua lege contempta ueteri duntaxat insistant) sed pro suis dedit fidelibus, quos fratres uocat. Et Paulus aperte discriminat inter altare nostrum & uetus tabernaculū. Probauit præsertim ex Pauli discipulo, Dionysio, quod sacerdos in altari offert, litat & conticit hostiā salutarem quæ supra ipsum est, & quod huiusmodi sacerdos unctione consecrari debet ab Episcopo.

Dionys. eccl. Ierarch. cap. 3.

Ex Alexandro item Papa & Martyre probauit id ipsum, Verba Alexandri I. Patris & Martyris. Hæc enim sunt eius uerba. In sacramentorum (inquit) oblationibus, quæ inter missarū solennia dño offeruntur, passio domini miscenda est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur. Et ex rerum evidentia declarauit, Altaris usum maxime ad oblationes & sacrificia semper destinatum fuisse, non solum apud Latinos & Romanos, sed etiam apud Græcos & Hebræos. Vos autem inaudito ausu cuncta, ubicunq; potestis, altaria destruitis, missas abrogatis, & sacerdotes persequimini. Et præter omnem morem et scripturam dicitis, quod in ueteri ecclesia dictus sit sacerdos non qui corpus domini offert, sed qui Euangelium prædicat, ut sacerdos sit concionator, Euangelij prædicatio sacrificium, Cathedra altare. At huic figmento cerebri obstat Canon Niceni Concilij, sæpe citatus, qui offerendi potestatem dat presbytero, non Diacono. Habet autem Diaconus quoque potestatem prædicandi Euangelium. Ideo falsa est hæc glossa & euasio uestra. Quæadmodū & aliæ glossæ nouæ de sacrificio Expiatorio, Propiciatorio, Eucharistico, proprie & improprie dicto, uana sunt effugia & pphana Logomachie, quibus ecclesiam dei perturbatis, et fidei simplicitatem subuertitis. Cōtra quas sicut Apost. Noli cōtendere uer

Supra c. 5.

Figmentū Musculi de sacerdotio.

2. Tim. 2



In Antibolen Bullingeri.

Sectæ arrogantis sibi nomen Catholicæ Ecclesiæ, bis, Ad nihil enim utile est nisi ad subuersionem audientium. Quæ igitur in hac Replica obieci tibi, Muscule, satis clare (ni fallor) distincta sunt per XII. Capitula. Quibus pauca superaddere libet, quæ obiter ad Bullingeri Antibolen dicenda uidentur. Certe quod inique uobis arrogetis Ecclesiæ Catholicæ uenerabile nomen, probaui iam pridem in libello de uera Ecclesia, contra septimum Augustanæ Confessionis articulum, Nuper id ipsum probaui in Consideratione mea contra Duo Vuittenbergensium scripta. In quibus ipsimet partem suam schisma uocant, dum suis certum & persuasum esse uolunt, hoc schisma ipsorum placere Deo. Et ex Augustino sæpe dixi, ueterem esse hanc omnium hæreticorum impudentiam, ut quilibet parti suæ arrogent Catholicæ nomen. Ex Ireneo autem & ex Ambrosio clare ostendi, nullos esse uere Catholicos & fideles nisi qui cum Ro. Ecclesia colligunt & consentiunt. Hæc pauca sufficiunt pio lectori contra Treplex nugacitatis quaterniones Bullingeri, quæ de Ecclesiæ expositione præmittit.

Aug. contra epist. Manichæic. 4. Ireneus li. 3. cap. 3. Ambro. de excessu fratris c. 7.

Hostes Ecclesiæ.

Supra. c. 2.

Figmentum de ueteri & nupera Ecclesia Ro.

Deinde ad præfationem meam respondens, ait se Ecclesiæ Catholicæ, non hostem & calumniatorem, sed amicū et alumnū esse. Quod utinam tam uere quā cōfidēter diceret, Fuit quidem olim talis, antequā à Zuingliano submersus esset, Qualis autem postea fuerit & adhuc sit erga Ecclesiam, tribus in eum libris abunde puto me declarasse, quod in hac quoque Replica non obscure indicaui, dicens uos in Ecclesiam hostiliores magisque impios esse quam ulli sint hodie Turcæ, Iudæi, aut Pagani, idque ex factis uestris comprobauit.

Quod autem subiungit, ingens esse discrimen inter Catholicam Ecclesiam, & nuperam illam Romanam, errorū & scandalorū parentem, Iniquus est cauillus & hæretica prorsus calumnia, Etsi enim hæc præsens Romana Ecclesia non absque

absq̄neuis & maculis est in ministrorum suorum uita & conuersatione, atq̄ in rabularum & Curtisanorum dolis & circumuentionibus, In doctrina tamen & fide atq̄ in sacramentorum numero & ministerio, & in Ceremoniarum usu neque errat, neque à sanctis prædecessoribus suis discrepat, sed eam retinet constanter fidem, quam ab initio à S. Petro didicit, quam Paulus quoq̄ laudat, uelut in uniuerso mundo annunciatam, fides ergo adhuc eadem est, & ad finem mundi usque permanebit, propter illud uerbum Christi, Ego autem rogauipro te Petre, ut non desiciat fides tua. Eadem quoq̄ est potestas clauium, quæ olim fuit, Sic enim primus inter nouos Ecclesiæ Ro. desertores et hostes, Lutherus ipse uel in medio Gigantomachix suæ furore confessus est & non negauit, Fatemur (inquit) in Patu ueram esse scripturam sacram, uerum baptismum, uerum sacramentum altaris, ueras clauces ad remissionem peccatorum, uerum prædicandi officium, uerum Catechismũ &c. sed non est nunc eadẽ (proth dolor) Romæ sanctitas uitæ, quæ fuit olim, non æqualis circa Dei cultum cura & diligentia, non tanta in iure administrando & in usa clauium integritas, non talis circa regimen Ecclesiarum uigilantia, sollicitudo & circumspectio, non idem mundani luxus & pompæ contemptus, qui Martyrum & Confessorum temporibus fuit, Hæc amissa per negligentiam luxumq̄ & auaritiam Ro. Ecclesiæ bona à Deo restitui per salutatem reformationem petimus, De fide & doctrina illius sana & antiqua nihil dubitantes.

Quod autem ait Bullingerus, se non credere, uerba sacerdotis uim habere creaturas Dei bonas euacuandi & transubstantiandi conuertendiq̄. Antiquus est Viclephi error, quẽ ante CCC. annos in Generalibus Concilijs damnatum

Luc. 22:  
Luth. cons  
tra Anaba.

Transsubstantiatio.

In Antibolen Bullingeri.

Ambro. de myste. in iustian. c. 9. reuocauit Berengarius. Et eundem longe antea reprobauerat S. Ambrosius, sicut in sexta Philippica ad longum ex eo commemorauit, Hic sufficiat hoc breue illius uerbu. Quod si tantum ualuit humana benedictio, ut naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, ubi uerba ipsa Domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Hæc ad preparationem breuiter dicta sint.

Quæ autem deinceps longo rursus contentionis fune protrahit Bull. super scripturæ & Ecclesiæ autoritate, curiosasunt, ad nihil utilia nisi ad perdendum tempus in rixis uerbalibus, contra quæ sane omnia iterum dico, quod ei prius dixi. Non sunt scriptura sacra & Ecclesia sibi inuicem contraria, sed unum habent authorem spiritum sanctum, qui & scripturam sanctis Dei hominibus inspirauit, & earum rectam intelligentiam suggestit hodieque suggerit Ecclesiæ, Cui sane datus est, ut doceat eam omnem ueritatem & maneat cum ea in æternum. Nihil igitur derogo scripturis sanctis, quas cunq; em recepit Ecclesia, eas oēs pro sacrosanctis habeo, sed uerum earum intellectum non hereticis, sed sedis Apostolicæ Rectoribus Concilijsque & sanctis patribus tribuo, ab eisq; petendum censeo. Misere autem fallimini uos desertores Ecclesiæ, dum omnia, quæ sentit, credit & docet Ecclesia, si non sint in scripturis expressa, pro humanis figmentis impie habetis, contra spiritum sanctum, qui eam docet, Et contra Paulum, qui eam basim & columnam ueritatis uocat, Atq; etiam contra omnes Apostolos & Christi primitias, qui Ecclesiæ tradiderunt institutiones partim scriptas, partim non scriptas, ut ex Dionysio Augustinoque & alijs probauit, Quod & Paulus confirmat, dicens Tenete traditiones quas didicistis &c.

Quod

Quod autem ex scriptis meis colligi putat Bull. Articulus filium de fide sanctæ Trinitatis ab hominibus esse & inuentum & traditum, multum profecto errat, Non enim de re, sed de uocabulis dixi, Res utiq; in scripturis expressa est, ubi dicitur, Baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Super quibus pulchre ait Alexander Papa & Martyr, temporibus Traiani Imp. post quamplurimas alias ex scripturis probationes, Si Trinitas non est, quare Dominus discipulos suos in nomine pa. & fi. & sp. s. uniuersas gentes misit baptizare? Si unitas non est, Quare in nomine dixit, & non in nominibus præcipiendo perdocuit? Ecce antiquus hic Martyr & Pontifex dixit in nomine, Non in nomen, ut Tigurini nunc dicunt.

Articulus filii de Trinitate.  
Matth. ult.

Verba Alexandri i. De Trinitate.

Nihil aliud hic molitur Bullingerus quam me lectori de articulo Trinitatis reddere suspectum, contra tot protestationes meas expresse positas, quæ ibi non de re credenda, sed de uerbis dumtaxat locutus sum. Mera est igitur æquiuocationis fallacia, per quam contendit Bull. dum ait se per intergra sex Capita Responsonis suæ demonstrasse, hunc articulum expresse comprehendit in scripturis. Aliter enim accipit hanc uocem expresse quam ego, Ego enim expresse, pro expressis uerbis accipio, Ipse de rebus loquitur, sed contentat quam prolixè uelit, Nunquam tamē demonstrabit nobis in scripturis hæc uerba, Trinitas personarum, Unitas essentia, Tres personæ, Tres hypostases, Et tamen ea credere & confiteri debemus, si ueri Christiani esse uolumus.

Calumnia per æquiuocationem.

Quin igitur respondete adhuc ambo, si potestis ad eas circa hunc articulum quæstiones, quas supra ex August. repetui, & antea quoque uobis obieci, Volo autem ut ex scripturis ad eas respons

In Antibolen Bullingeri.

**Error Bull. de trinitate.** respondeatis, quia in eis omnia expresse comprehensa dicitis. Quod autem Bull. ex Tertulliano docet, Tres personas in Deitate una distingui gradu, forma & specie, puto me iuste ac pie ex Augustino reprobasse, Cui utique iustius creditur, tanquam probatissimo Ecclesiae Doctori, quam Tertulliano, qui etsi, doctus admodum fuit, Inter haereticos tamen recensetur, Quod uero Tres personas etiam ab Origene dictas esse commemorat Bull. nihil contra me, sed potius contra te Muscule facit, Non enim ego, sed tu dicitis, primos Christianos ignorasse uocabulum personarum, Quod sane dictum tuum ego supra ex Dionysio reprobavi.

**Vocabula Trinitatis non ex scriptura sunt.**

**Tres personae dictae sunt Instinctu sp. s.**

Sed remurmurat adhuc Bull. de uocabulis istis, Trinitas, persona, essentia &c, quae a Conciliis usurpata & recepta quidem sint, sed non citra aut extra scripturam, sed ex ipsa scriptura. Interim tamen nullum illorum ex ipsa scriptura nobis affert aut producit, falsum est igitur simpliciter, ea ex ipsa scriptura recepta esse, cum in scriptura nusquam reperiantur.

Falsum est item, & in Ecclesiam Dei impium, atque in spiritum sanctum blasphemum, quod ait, In dubium uocari posse, quod dico, patres ex instinctu spiritus s. tres personas dixisse, Constat enim Ecclesiam semper Tres confessam esse personas, non sane ex scripturis ( in quibus uocabulum hoc in isto sensu non reperitur ) neque ex humano figmento, quia articulus fidei est, relinquitur igitur ex instinctu spiritus s. factum esse, qui Ecclesiam omnem docet ueritatem, nequaquam in ea ociosus aut dormiens, si omnem, ergo & istam, Non licet igitur de his dubitare, quae in Conciliis contra haereticos decernuntur, De quibus dicitur Act. 15. Visum est spiritui sancto & nobis.

Quae autem ex alio capitulo de hostia cruenta & inuenta obijcit, satisclare sunt a me in Replica soluta ac declarata.

rata. Et huius distinctionis authores habeo Ambrosium & Chrysoftomum atq; etiam Greg. Nazanzenum & Dionysium. Errat autem Bull. dum in remissione peccatorum semper simul remitti affirmat poenam & culpam, Scimus enim in baptismo remitti plenissime culpam peccati Originalis, poenam autem luimus per omnem uitam uarijs incommodis, & ipsa deniq; morte, Quibus utiq; careremus, si non peccasset Adam. Errat item et decipit in hoc, quod ait, Christum fideles morte sua plenissime & a culpa & a poena absoluisse. Quasi uero mortuus ideo sit Christus, ut nos impune peccaremus, & mors eius iniquitatis esset operculum, Nec opus sit pro peccatis poenitentiam agere, eo quod Christus plenissime absoluerit a peccatis morte sua. Hic autem error toti aduersatur scripturae, quae pro peccatis poenitentiam agere iubet. Quid est autem poenitentiam agere, nisi pro peccatis poenam sibi infligere, seu poena se afficere aut seipsum propter commissa peccata punire, Qualiter egerunt Niniuita poenitentiam, & Dauid, qui cinerem tanquam panem manducabat, et poculum suum cum fletu miscebat, Qualem & dominus docet in sacco & cinere, Qualem & Corinthius ille peccator egit. De qua eleganter & copiose differit in sermone de lapsis Cyprianus. At uos populorum deceptores haec omnia dissimulatis & dicitis populo placencia, docentes, nulla opus esse satisfactione pro peccatis. Errasse omnes patres atq; etiam Nicenum Concilium, qui satisfactionem docuerunt, quia Christus satisfecerit pro omnibus, atq; ita deprauatis erroneo sensu uerba ueritatis, ut dum per dulces huiusmodi sermones (amara est enim poenitentia) seducitis corda innocentium (sicut ait Apostolus) sequas uestras deceptorum multitudine ad amplietis, Et eo usq; de-

Error Bull.  
de remissio-  
ne peccati.

Alius error

Agere poe-  
nitentiam.  
Ionæ 3.  
Psalm. 101.  
Matth. 11.  
2. Cor. 2.

Error de sa-  
tisfactione.

Rom. 16.

L mentetis

In Antibolen Bull.

mentetis miseros, ut noua iam inde secta enata sit, quæ neq[ue] infernum neq[ue] dæmones esse credit.

**Alius error.** Superaddit & alium errorem hic Bull. ubi ait, Ibi cessant sacrificia, ubi peccata plene expiata sunt & remissa, dicente **Heb. 10.** Apostolo, ubi peccatorum est remissio, ibi non est amplius oblatio pro peccatis. Vult ergo per hæc Apostoli uerba pessime intellecta tollere missas & iuge sacrificium, quo Christi recolimus passionem, Cum longe alia sit mens Apostoli, sicut nostri declarant expositores antiqui & sancti patres, quorum dicta breuitatis gratia hic omitto.

**Iactantia Bullingeri.** Quod autem gloriatur se obiecisse mihi XVII. argumenta contra Missam ad quæ respondere me iubet. Ego ingenue fateor, non recordari me, ubi nam ille mihi tot obiecerit. In eo enim libro quem priorem contra me ædidit, non uideo eum numerum, si autem in eo habentur ea argumenta libro, quem ad Blarerum suum scripsit, ego librum eum iam amplius non habeo, sed remisi ac reddi curauit ei qui mihi autor fuit scribendi contra errores Bullingeri de inuocatione sanctorum. Alioqui confidens in spiritu ueritatis, qui in Ecclesia est, ac permanet, puto mihi operosum non fore, & illius repellere obiecta, et de tanto pluribus eum conuincere erroribus, quanto plura ab eo proponerentur argumenta, usque adeo in reprobum datus est sensum, Ecclesie in omnibus fere contrarius, eius ueritati data opera proterue obluetans. Deceui tamen iamdudum nolle cum pertinaci & obstinato amplius contendere, Quantumuis uero prolixè iactaret Bullingerus, se de Canonicis libris abunde ad omnia respondisse mihi, præsertim in secundo & quarto capite suæ responsionis, Attamen prudens lector, et si uiderit ibi in genere ab eo ad quædam responsum esse, In specie tamen nihil apposite respondit. Nam cum omnia  
uelit

Questiones  
de libris Canonicis.

uelit probari ex scripturis, multas ei obieci quæstiones, quas ex scripturis probare nunquam poterit, uerbi gratia, quod Moyse Pentateuchum seu quinque libros scripserit, Quis librum Iob, librum Iosue, librum Iudicum, libros Regum & Paralipomenon scripserit, Quare liber Hester Canonis potius quam liber Iudith aut Tobie dicatur, Cur liber Iudicum potius quam liber sapientie inter Canonicos recensetur & id genus plura quæsiui, ad quæ ex scripturis respondere debebat, quas per se authenticas esse & Ecclesie approbatione non indigere dicebat. Quid igitur specialiter ad ea ex scripturis respondit aut respondere potest.

Cumque multa diceret contra uulgatam translationem, quod secundum Hebraicam ueritatem iudicanda & corrigenda sit, obieci duos locos ex Paulo, qui in Hebræo non habentur, Ad quorum alterum obiecit mihi nunc S. Hieronymi auctoritatem (licet ipse neque Hieronymi neque alterius antiquorum patrum auctoritati absque scripturis acquiescere aut deferre uelit) Sed ego in libello de nouis translationibus ostendi ex ipso Pauli textu non satisfacisse (si quis contendere uellet) Hieronymum illi quæstioni, quam Eustochium sacra uirgo ei obiecerat, quia Paulus unius allegationis contextu tam multos recitat uersus, tanquam ex uno Psalmorum loco mutuatos, Non dicens, Et iterum, Et iterum, Et rursus, sicut dicit cap. 15. ad Rom. ubi diuersa recitat scripturæ loca. Ad alterum uero locum, quem de nominibus duorum magorum Pharaonis obieci, dicens, Nunquid ea nomina, quia in Hebraico non habentur, ex Pauli epistola expunges? Nihil aliud respondet, nisi non expungam, Cur autem non expungat, cum in Hebraico non habeant, nullam affert rationem, sed per rationem subdit conuictiosas istas exclamationes, O calumniandi

Duo loca  
ex Paulo,

L 2 studium



In Antisbolen Bull.

studium ingens, O cæcum pectus, o mentē Cimerijs atrio-  
rem tenebris. Sed hæc conuicia non satisfaciunt lectori, quē  
ad Hebraicum fontem recurrere iubet Bull. Quia in textu  
Hebraico, quo hodie utuntur omnes Iudæi & Hebreistæ  
nouī, non reperiantur neq; uersus illi quos ex uulgata trans-  
latione reperimus in Psalm. 13. à Paulo allegatos in episto-  
la ad Romanos sub uno contextu, Neq; nomina magorum  
Iannes & Mambres quæ Paulus protulit in posteriore ad  
Timotheum epistola.

Roma. 9.

2. Tim. 3.

Verba Dionysij.

Superaddam hic ex abundantī quædam uerba Dionysij  
quæ is Moyfi tribuit. In textu autem Hebraico non reperiū-  
tur, uerbi gratia. In Mystica Theologia sic ait. Neq; enim  
ab re diuinus Moses primum ut mundetur admonetur, &  
rursus ut ab ijs qui non sunt huiusmodi, separetur. Et post  
omnem illam expiationem, buccinarum clangores uarios  
exaudit, cernitq; luminaria plurima, plures ac multifidos ui-  
brantia radios, Mox uero segregatur à uulgaribus turbis, &  
cum electis sacerdotibus ad summitatem ascensionum diui-  
narū contendit. Ibiq; non ipsi concreditur Deo, neq; ipsum  
cernit (est enim inuisibilis Deus) sed locum ubi stetit. Hæc  
ibi. Et in epistola ad Demophilum Monachum loquens de  
seditione Core Dathan & Abyron sic refert. Verum ubi in-  
cum insurgere cœperant, prioraq; exprobrando minari, &  
iam ferme in opus erumpere, Mitissimus ille deum quidem  
in salutem in clamauit, magna uero constantia singulariq;  
modestia contestatus est, se in fontem esse calamitatum om-  
nium quæ subditis obuenissent.

Opinio Ias-  
cobi Fabri  
Stapulensis.

Ad hæc Dionysij uerba dicit sic in scholijs Iacobus Fa-  
ber Stapulensis, protestatio Moysi, quā hic adducit sanctis-  
simus pater, illic scripta non est. Et ex hoc (inquit) reuera  
loco & cap. primo Mystice Theologiæ numero 5. admodū  
persuasibi

persuasibile est, sacerrimū patrē secretiores ( qui apud Moysaice legis sacerdotes seruabantur ) libros legisse, ex quibus tā dignam & exactā historiam texerit. Non, n. ea quę in arcanis legis habita sunt, & soli sacerdotum intelligentię credita, inferiora auctoritate erant ijs, quę passim multitudinī permīssa sunt, Ex quibus in epistolis & Pauli & Apostolorum plarāq; ad uiuificantem intelligentiam deprompta esse credendum est, Liber enim legis palam multitudinī permīssus, ut cortex est, Intelligentia uero illa per sacerdotum successiones ( ut uolunt ) ad Hēsdraē tempora in arcanis seruata, spiritus quidam & quaedam anima, Hęc Faber ille, Quę ego sane ne utiquā in scripturę sacrę derogationem recitata esse uolo, sed in hoc dumtaxat, ut retundam superbiam eorum, qui contempta Ecclesię auctoritate ac ueteri translatione, ex hebraico textu plarāque afferunt, quibus fideles multo magis cōturbant q̄ ædificant, Fabri autem sententiā nec approbo neq; reprobo, ne alienam mihi litem accersam.

Quę deniq; contra ultimum Replīce meę Capitulum obijcit Bull. prolīxas continent de Ro. Pontificibus narrationes, ad quas respondere nihil est opus, etsi ex ijs plarāq; redargui iuste queant, sicut in alio ipsius libro ( quem contra sanctorum inuocationem & eorum imagines impie scripsit ) historias falsas, quas de Imperatoribus Græcorū Iconoclastis retulit, reprobauit, Malo tamen breuiter dicere, me neque omnes Ro. Pontifices æque bonos aut æque malos dicere, neque omnium facta defendere, stant caduntque domino suo, Neq; meum est Muscule neque uestrum, de ijs iudicare, sed eis, uelut pastoribus, à Domino constitutis super oues pascuę suę, reuerenter obædire, si pro ueris ouibus Christi, ( quę pastoris uocem audiunt potius quā aliorum ) haberi uolumus.

Falsæ per o  
dium narra  
tiones Bull

In Antibolen Bullingeri.

Cogitandū  
iam de pace  
& Reforma  
tione.

Denouo autem & falsificato per Zuīnglium & com  
plices eius Euangelio puto satis adhuc euidentia esse, quę in  
Replica dixi, Quibus & ea accedunt, quę nuper in Zuīn  
glianos ædidit Osiander, De quibus sane ipsum Bullinge  
rum nuper priuatim certiore feci, rogans eum ( cum de  
ista eius Antibole nihil adhuc scirem ) ut ipse una cum cō  
plices suis cogitent nunc tandem ea quę pacis & unitas  
tis sunt, atq; nobiscum in Generali Concilio consultent in  
medium de necessaria pace salutariq; Reformatione, Quod  
& tibi nunc publice scriptum esse uolo Muscule, satis enim  
superque certatum est iam per annos 26. de fide inter nos,  
Tempus est utique, ut iam submittamus certamen no  
strum Iudicio spiritus sancti per Generale Cons  
cilium, Cui equidem & me & omnia scri  
pta mea plenissima cum deuotione &  
obedientia subdo, ac humili  
ter absque omni fictio  
ne submitto.

APPENDIX

# APPENDIX GE MINA IN MARTINI BU.

ceri librum, aduersus Bart. Latomum superiore anno ædi-  
tum, Quarum una ex R. D. Stephani Episcopi Vuins  
toniensis libro excerpta, altera à Iohanne Co  
chlæo ad sereniss. Regem Ro. Vng. &  
Bohe. &c. scripta est.

STEPHANVS VVIN-  
ton, Martino Bucero,



ERTIVS IAM annus agitur, <sup>Bu</sup> Narratio fa  
gerecum ego tecum ( homine mihi non <sup>sti</sup>  
antea uiso, libris tamen tuis & scriptis in  
publicum emissis non omnino ignoto )  
de rebus religionis familiari colloquio Ra  
tisbonæ contuli. Quo tempore, arrepta inde occasione,  
literis priuatis ultro citroque missis, quod inter loquen-  
dum obiter inciderat, latius atque apertius sumus profes-  
cuti. Ego enim iam tum, nequid inde calumniæ nasceres-  
tur, ueritus, cum adhuc recens præsentium memoria uis-  
geret, quod inter conferendum agebatur, datis ad te lites-  
ris sum testatus, hoc nimirum consilio, ut præsens præ-  
senti calumniam obijceres, siquam forte ex uerbis putas <sup>Autogra</sup>  
ses intendendam. Tu uero quid meis literis responderis, pha-  
& quid item iterum tibi rescripserim, scis. Certe apud me  
seruantur ipsa autographa, indubiæ ueritatis clarissima tes-  
timonia. Ego etiam ( Dei benignitate dicam ) uiuo &  
ualeo Bucere. Vixunt item ex testibus, qui nostro sermo-  
ni ins

Appendix Cochlaei.

ni interfuerunt, homines illi cum docti tum probi. At quor  
 sum tandem hæc: Equidem dicam. Post summum de no  
 stro congressu toto triennio silentium, ecce tandem tu na  
 ctus occasionem de Latomo triumphandi, me quoq; in idē  
 spectaculū producis, Tanq; si multos captiuos oris tui spi  
 ritu confossos & iugulatos, una catena obiuñctos protrahe  
 res, & ad plausum plebi tuæ excitandum, & ad nominis tui  
 gloriam illustrandam, per quam commodum uideretur &  
 beatum. De Latomo iudicent ali; quo cum hætenus quid  
 dem certe ingenue agis, q; hominis ad te missam epistolam  
 non supprimas, sed componas cum tuis, ut una eademq; lu  
 ce, quæ hinc inde dicta fuere perspectis, suum oculato lecto  
 ri iudicium maneat, te ne an illum maluerit improbare. V  
 ter autem uestrum rectius dixerit, non est tam difficilis iud  
 icatio, cum quid dixerit uterque, utrimq; conuenerit. At  
 uero meam causam, quæ tecum est Bucere, facis longe dur  
 riorem, Quem non argumentis ex scripto, ut commodum  
 fuerit, petitis, non rationibus, à consecutione rerū male col  
 lectis, non fallacibus exemplis, quod soles, & nimium soles,  
 prosternere conaris, sed tanq; Iouis fulmine, ab arce tui pes  
 ctoris emisso, falso in me conficto mendacio, audacter &  
 confidenter ac nimium inuerecunde & irreligiose, qualem  
 cumq; apud homines de me opinionem extinguere moliris.  
 Stultus, bliteus, stipes, caudex uere deinceps habear, si un  
 quàm dixerim, quod tu in tuo ad Latomum libello me fin  
 gis tibi in interpretando Paulo respōdisse. Et tñ, quo fortius  
 ferias, acuminis aliquid, scilicet ex aliorum iudicio, mihi tri  
 bus primum, ac tandem ita dimittis, quasi doctum alioqui  
 & ingeniosum, sed tanquàm qui contra dominum sapiam,  
 in transuersam actum. Videlicet uos soli Domini causam  
 agitis, cæteri dæmonum. Quod cum impudenter & arro  
 ganter

Latomi epis  
stola.

Iniquitas Bu  
ceri in Vuin  
toniensem.

Impudens  
iactantia Bu  
ceri.

ganter Orbi inculcatis, eatenus etiam obtinere & ualere uultis, ne quis audeat uestris mendacijs obstrepere. Ego autem cum uideam publice expedire, ut cuius spiritus sis, qui spiritum tantopere tuum Orbi uenditas, omnes intelligant, opere precium me facturum arbitratus sum, si tuam uanitatem argumentis ostenderem, & ipsius ueritatis testimonio facerem palam. Et infra, Equidem hunc locum (Pauli scilicet primę Corinthiorū septimo) scripto apud te tractaui, quo ædendo, si ita uideretur, meam Orbi ineptiam, si quæ esset, uere prodidisses, Cum nunc turpiter à te confictio mendacio tuam apud omnes uanitatem prodas, tuam nimirum maliciam, ita dispensante diuina prouidentia, ut spiritus tuus, de quo tantopere gloriaris, ut est uere spiritus mendacij & erroris, insigni aliquo mēdacio manifestetur. Itaq; maneat in causa, mendacium istud tuum & impudentissimum & uanissimum esse, De quo & Deum testor & conscientiam tuam appello, ad testimonium scriptorum meorum, quæ apud te sunt, prouoco, & idoneis me testibus id probaturum confirmo. Atq; etiam illud addo, non intelligere etiamnum te, quid hic Pauli locus significet, Et apprime ridiculum esse, quod de uocatione filia comminisceris.

Quicquid sit, uos solos habet autores, uestrum inuentum est, uestrum commentum. Et iterum. Data occasione ad te scribendi, non nihil dubitauit Bucere, quid agerem, Integram ne tecum de Cœlibatu disputationem repeterem, an tuam in me uanitatē redarguisse contentus, te omnino negligere atq; contemnerem, hominem mendacij impudentissimi conuictum. Quid enim agas cum eo qui nihil ex fide, nihil ex uero loquitur, sed quod ad causam, quã suscipit, commodum est, fingit atq; refingit, et omnia fere factus est

M omnibus

Conuictus  
de mēdacio  
Bucerus.

Bucerus falsus  
lax & incōstans.

Appendix Ioan. Cochläi.

Nefarij con-  
iugij affer-  
tor Bucerus

Vanus Bu-  
ceri prætex-  
tus de spiri-  
tu.

omnibus, ut omnia misceat atq; confundat. Primum enim tui specimen præclarū Orbi dedisti, dum infamem & impiam Sacramentariorum causam, corrogata omni eloquentiæ suppellectile adornare, & ueritatis prætextum obtinens, strenue defendere annisus es. Hic cum parum promoueres, defecis ad Lutheranos. Inde, ut arbiter scilicet honorarius utriusq; sectæ, ad componenda domestica dissidia te ingerebas. Ab hoc Ecclesiæ & disciplinæ ueteris (si dijs placet) instaurator, nefarij coniugij tum re, tum uerbis assertor, Et Cœlibatus deniq; hoc in libello, non sine manifesta præuaticatione patronus. Celebras enim magnis laudibus cœlibatum Bucere, multis præconijs in cœlum tollis, Sed tam parca manu à Deo datum affirmas, tam multis cautionibus à spiritu sancto circumscriptum, ut ne quis audeat appetere. Adeo quidem, ut quod de Cœlibatu dixerat Christus, quo Dei in huius doni largitione munificentiam ostenderet, Capiat qui capere potest, id ex tui cerebrî sententia, tanquam per Ironiam prolatum uideatur, Non secus ac de re inexpugnabili uulgo dici solet, Capiat qui capere potest, dum significant neminem expugnaturum. Et post longam subtilem & ruditam ex Paulo ipso & ex antiquis Græcorum scholijs disputationem, atq; errorum confutationem ita perorat. Huic ergo mendacio (inquit) omnium impudentissimo, iam antea respondi, & tam uere negaui, quam tu uane & impudenter confinxisti. Cautiones item tuas, quarum hoc insigne mēdaciū tanquam clausulam fecisti, ueritatis illustrandæ causa, & tui spiritus, indicandi gratia pertractaui. Planum autem fecisse me arbitror hominem te plane uanum, uasfrum, callidum, unum illud moueri, ut spiritus sancti obtentu (cuius frequentem mentionem facis) spiritus tui mendaces errores apud incautos spargas,

spargas, & carnis causam agens, animas ad interitum pertrahas miserandum. Nunquam ne larua excutietur tua? nihil ne in hoc conferet tam impudens in me confictum mendacium? Tuo ne quisquam post hac credet spiritui, qui audes in publicum tam aperte post totum triennium sine omni occasione mentiri? Ostendi & legi meis ipsa autographa, quorum exempla apud te habes. Illa æde, & me, si potes, redargue, sin minus poteris, agnosce Bucere d uis nam clementiam, te ad pœnitentiam inuitantem, persuaserant tibi tui, me fortasse aut mortuum iam aut ita prostratum atq; abiectum, ut ne auderem contra hiscere, Qui tibi hoc pacto audaciam addiderunt, illi falsi, tu captus es forex iudicio tuo. Tuum mendacium apud nos manifestum est, & orbis (nihil dubito) ueritatem agnoscet, quo tui spiritus uanitas eo clariuszondemnetur. Satis iam satis à te lusum est Bucere, Cede ueritati, cede ueteribus, cede uero. Orna ueris uerum, & causam ueritatis (ut par est) reuerere, Disperdet enim Dominus uniuersa labia dolosa & linguam mendacem. Resipisce, & ora deum, si forte det tibi pœnitentiam, ut ualeas in Domino VI. Calendas Augusti,

Inuitatio ad  
pœnitentiã.

M. D. XLIII.

**BUCERVS IN RESPON.**

*sione sua ad Barth. Latomum quaternione ultimo ædita Anno Domini*

M. D. XLIII.

**H**Orrendum quidem uel cogitatu est, fateor. Num esse in tanto Regno summũ Tribunal, cui omnes ex

M 2

æquo



Appendix Ioan. Cochlaei.

æquo parent, nulla communia omnibus nec Ecclesiastica nec Ciuilia iudicia, Sed quis obstat, quo minus hæc restituantur? Nos sane ad omnem legitimam religionis constitutionem nostra studia offerimus, uos hanc fugitis.

COCHLAEVS.

Sectæ cōtra  
Ius utrunq;  
rebelles.

Matth. 2.  
Matth. 18.  
Rom. 13.  
Heb. 13.

**D**ic nobis Bucere, ubi aut quando unq̄ tanta fuerit in Romano Imperio turbatio quæ summum Tribunal sustulisset, sicut hoc sectarum uestrarum tempore factum est, si non est factum antea, qua uos facitis quæso authoritate? quo iure? quo Euangelio? Quis uobis potestatem dedit reiſcindi Ius tam Ciuile quam Ecclesiasticum? At Christus in Euangelio suo confirmat utrunq;, Ciuile, dum ait, Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, Ecclesiasticum, ubi ait, si non audierit Ecclesiam, Similiter & Paulus, quando ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Item subiecti estote præpositis uestris. Ego itaq; Vuormaciæ, ante annos XXIII. in faciem Luthero respondi, dum quereret inter colloquendum, quid faciendum esset, Sta (dixi) alicui iudicio, dicebam id ex tempore, nihil adhuc suspicās de hac iudiciorum sublacione quæ secuta est. Putabam em̄ Cæsaream Maiestatem seuerè executuram esse suam tunc latam in Lutheri dogmata sententiam. Tametsi nondum erat nunc promulgatum, ne scriptum quidem edictum illud Vuormaciense.

Perpetua  
Luth. cōtra  
utrāq; potes-  
tatem con-  
tumacia.

Hinc ergo uestram agnosce contumaciam & rebellio-  
nem perpetuam. Neq; enim Cæsar neq; totum Imperium  
persuadere tunc pouit Luthero, ut causę suę cognitionē Ge-  
nerali Cōcilio submittere uelit, Quod aut potest esse maius  
aut sublimius iudiciū q̄ esse debet Concilij Generalis? Aut  
ubi

ubi potest haberi magis legitima religionis cōstitutio, quā in Concilio generali? si papam uultis Concilij iudicio subiectum esse, qua uos metipso rogo, auctoritate supra eisdem Concilij auctoritatem & iudicium extollitis? Aut quod ius Ciuile concessit tibi homini Monastico uxorem ducere Monialem professam?

## BVCERVS.

**A**T dum de religione non fuerit inter nos recte constitutum, quæ poterunt nobis esse communes leges? Si nullæ communes leges, quæ iudicia, quæ pax aut tranquillitas?

## COCHLAEVS.

**V**Era sunt hæc nimium ô Bucere, & præ oculis, quæ et quotidiana experientia per annos iam XIX VI. magno cum malo totius Germaniæ, atq; adeo totius Imperij, immo & totius Christianitatis, nos docuit heu nimium uera esse, Atq; utinam adhuc liceat absq; ulteriore clade & corporum & animarum alijs Nationibus de nobis uere dicere, sero sapiunt phryges, Atqui ante Lutheri sectam fuerunt uobis nobisq; communes leges, commune utrisque Imperialis Camere Tribunal, commune item Romæ supremum in causis Ecclesiasticis iudiciū. Dic ergo Bucere, quo uos iure exemistis à communibus & imperij & Ecclesiæ legibus atq; iudicijs?

Communes  
leges & ius  
dicia omnis  
bus.

## BVCERVS:

**Q**uamdiu enim uos decretum Vuormaciense, & Augustanum secuti, quibus constanter inhæretis habebitis nos ut hæreticos, ut perduelliones Imperij & Ecclesiæ hostes, Contra quam diu nos existimabimus reuera

M 3 uos

Appendix Iohan. Cochläi,

uos esse Antichristos, oppugnatores Euangelij, & disciplinae Christianae eueriores. Quae obsecro inter uos uel ciuiliſ ſocietas uel humanitatis ratio conſiſtere poteſt?

• COCHLAEVVS.

**Q**uomodo non conſtanter inhæreamus huiusmodi Decretis, quae ſuperiores noſtri Imperator & omnes imperij Ro. ſtatus publica autoritate conſtituerunt? Non uere ſunt hæretici, Imperij Perduelliones, & Eccleſiæ hoſtes ne ſublimiorum poteſtatum legibus parere tenemur, Merito igitur habemus uos pro hæreticis, qui antiquorum hereticorum iam olim publice damnata dogmata pertinaciter aſſeritis, Et imperij perduelliones declarant uos quotidiana rebellionis facta totq; ſeditionum turbæ, Deniq; Eccleſiæ hoſtes conuincunt uos, ueſtra contra Concilia & contra ſedē Apoſtolicā ſcripta in tot librorum Myriades multiplicata. Quo autem iure aut teſtimonio probabis tu, nos eſſe Antichriſtos & Euangelij oppugnatores? Aut quando unq; magis euerſa fuit omnis diſciplina Chriſtiana, quā euerſa eſt nunc 26. & amplius annis per ſectas ueſtras, Nōne teſtatur hoc ipſum ueſter quoq; Lutherus, cum alibi, rū apertiffime in præfatione ſuper articulis Concilio proponendis? Elige precor tu ipſe Iudices, qui inter nos & uos diſcernant & iudicent, ut uideamus quā ſis æquitatis cupidus aut ſtudioſus. Nos certe in cauſa pro nobis uſq; adeo certa & bona, totq; præiudicijs contra antiquos hæreticos comprobata iam olim, nulla fugimus aut recuſamus iudicia legitima, Oſtende modo ullum nobis legitimum Iudicium, cui cauſam tuam ac ſectæ ueſtræ plene ſubmittere auſis ac uelis.

Lutherani uere ſunt hæretici, Imperij Perduelliones, & Eccleſiæ hoſtes

Eligat legitimum iudicium Bucerus ſi audeat.

Hæc

Hæc Serenissime Rex ac sacratissime Princeps, breuiter atq; ex tempore collecta, reliquis adiungo, ut cognoscat Maiestas uestra, quàm bona sit nobis in hoc negotio conscientia, intrepidaq; fides & fiducia, Modo pars nostra strenue suo fungatur officio.

**H**aber Bucer liber Quaterniones 32. At ego ausim etiam sub pœna & periculo capitis mei, hoc breuissimum scriptum toti eius libro sub legitime constituendis iudicibus opponere, eorumque sententiæ me subjicere, Et huius uoluntatis contra Lutherum fui semper annis iam 24. ac sepe publicis testatus sum scriptis. Aduersarij maliciose contemnunt & dissimulant, Nostri pro stulticia forsitan habent, Interim pereunt totanime per impia & maledicta schismata, in Germaniam scelerate inuecta. Finis, Die 26. Februarij Anno. M. D. XXXV.

## CORRECTORIVM.

**A** 1. facie. 2. linea 12. fidei Christianæ. A. 2. fa. 2. li. 23. è portu A. 3. fa. 1. li. 27. ridiculum. B. 1. fa. 1. li. 3. audientium. B. 2. fa. 14. li. 8. a columna. Et li. 14. stulticiæ. & li. 15. seruitutem. C. 4. fa. 2. li. 15. Turcæ. E. 1. fa. 2. li. 27. sit. E. 3. fa. 2. li. 16. seducunt. Et li. 18. simplices. Et li. 22. didicerunt. F. 1. fa. 2. li. 20. qui causam. F. 4. fa. 1. li. 4. quanto cunq;. Et fa. 2. li. 20. quod. H. 1. fa. 1. li. 17. Cætera cum uenero. H. 2. fa. 2. li. 29. præceptorem suum. I. 2. fa. 2. li. 26. Tres personas. K. 3. fa. 1. li. 25. salutarem reformationem.

*Societ. Jesu Paderborne*

IMPRESSVM IN GOLSTADT  
 dii excudebat Alexander Vucissen  
 horn. M. D. XLV.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


CORRECTORIVM

A large block of faint, illegible text, possibly a list or a detailed correction, starting with a large initial letter 'A'.


Additional faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or a date.













Th  
1170